


ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5
270 a

CHARTREUSE de **WALDITZ**

✦ Assomption ou Camp de Notre-Dame ✦

(PROVINCE D'ALLEMAGNE SUPÉRIEURE)



Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

Histoire Se des Choses (en latin) de D Caspar Binsfeld
1614 - 1676. Erulii (of Caspar Caspar bei Schwanegg)

78 p.

f Caspar 2. f

Deleny: Monumenta historica Boemica, 29 p.

⁺
F. M. I.



Cartusia
Castri Beatae Virginis
Mariae Waldicensis
prope Gerolimium
1614. —

Domus Waldicensis.



Cartusiae hujus amplissimae primordia conscripsit S. Casparus Binsfeldius professor Domus Dantisci, pro tunc hospes in D^o Waldicensi. Vir hic oriundus ex Siffia Diocesi Trevicensi, magister A.A. vixit in ordine laudabiliter annis 41 et obiit Diaconus in domo professionis suae die 18 Januarii 1655, relinquens sequens opusculum propria manu exaratum.

Chronologia Mariae Castri.

Hoc est brevis, et progressus amplissimae Cartusiae Regni Boemicae Castri, B^{ta} V^{ri} M^{ae} Waldicense nuncupatae; qui locus est situs prope urbem Gochiniensem decem miliaribus a Metropoli Praga, quatuor a partibus nominatissimi fluminis Albis. Cujus primus fundator Albertus Susebicus Wenceslaus Baro a Walstein Princeps Frilandiae; post cujus obitum, Serenissimus Ferdinandus II. Romanorum Imperator, Rex Boemicae ad quem bona spectabant, Fundator presentissimus successit.

Continentur vero hoc Chronico gesta singulorum annorum ab anno 1614 usque ad annum 1636, quantum assequi potui. De prima fundatione Mifensi Mariae quidam errores temporis inasperant, quos ob necesse meliorem informationem emendare non equivi. Et haec ex primo meo exemplari 1637 in Cartusia Seitzensi descripsi. P. C. B. C.

Anno Domini 1614. —

Anno quatuordecimo Cartusiana haec fundatio primam originem suam sumpsit: ad quem decet Chronologiae primum initium reducere.

Sanctissima et individua Trinitas Pater, Filius et Spiritus S^{ctus} fons et origo omnis boni, primarius Autho, Fundator ac Moderator (quem admodum omnium rerum aliarum) hujus monasterii esse dignoscitur, Ipse siquidem famulae suae Illustris ac presentissimae Matronae DD. Lucretiae Baronicae Melkissae a Landeck Wisseti-
-nae, aere Lukowice, Rymsiej et Mitotiez conjugii primae Illustris viri Alberti

a Waldstein inspiravit, ut religiosam aliquam fundationem ordinaret; nam laudatissima et opulentissima Matrona Domini post secundas nuptias optatis liberis Dei Ordinatione non potestur, quatenus multos spirituales filios lucraretur, ad hoc thesaurum multorum millium reservavit. Fuit enim haec insignis Baronissa optima mulier, et (ut scriptura loquitur) ab infantia miseratio crevit cum ipsa; totam se devotionis ac pietatis studiis mancipavit, pium et oe publicaeque Dei laudi inserviens; afflictionem, miserorum, pauperumque se patronam exhibens; memor propterea illius sapientis proverbii: misericordia et veritas te non deserant; circumdare eas gutturibus et describere in tabulis cordis tui; honore Dominum de substantia tua et de primitiis omnium frugum tuarum. Hinc imitabatur justum Job: cap. 1, qui Deo iubebat cuique prout poterat de facultatibus suis. Huius inquam admirabilis Divi Gemula Lucretia Fundatrix nostra in tantum fuit, ut qui visentis facta morerant et beneficia experti praesent, fassimur, se tamen cadaveris non absque largis lacrymis aspicere posse. Utane lobise ejusdem (ut ad institutum propius accedam) quam innocenti filio doctrinam tradebat, sibi scriptam esse judicabat: quomodo potueris, ita esto misericors, si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Ipsa inquam cum inter Moravicas matronas esset et honestissimam et opulentissimam, divitiis abundaret, ac plurimas possessiones possideret, de multis donis Dei collatis etiam multum impartiri studebat; nec duntaxat largas elemosinas vivens indigentibus tribuebat; verum etiam prudentissima mulier quomodo post discessum suum in aeternum elemosynae durarent, meditabatur. Hinc anno 1614 gravissimo morbo laborans quo extincta est, maritum Albertum rogat, ut petitionem magni momenti se ad impleturum promittat. Annuit voto conjugis, quamvis asper feminis, voluntati ejus se satisfacturum respondit: illico indicat se habere occultum thesaurum pecuniae, ex quo tanquam testamento deureto optet aliquam religiosam fundationem fieri, rogatque ut post discessum suum ex vita, in eum usum convertat. Haec prima origo et basis huius amplissimae cartusiae Cartae Waldicensis esse cognoscitur: super hos siquidem fundamentales lapides, quos parentissima Lucretia ultimam voluntate locavit,

tanta moles sumptuum, ac reddituum, Diversarum, religiosarum, domorum, superce-
-ditur. Eandem, fundatrix Lucretia omnia sua et in vita et post mortem,
pudentissime dispensans, cum per serissimum, morbum gravissimos corporis em-
-ciatus, etiam militaris mariti exeros mores, culparum, quas ut homo in saec-
-ulo contraxerat, reliquias, abstersisset, ex hujus infelicis statione ad aeternae
felicitatis gloriam, (ut praestamus et speramus) prospecta est Decimo Kal. Aprilis,
anno ab Incarnatione Domini 1614, quae dies illo anno incidit in Domini-
-cam, Palmarum; et hoc non, absque singulari Dei ordinatione contigisse puta-
-mus ut illa die ad meliorem vitam, Lucretia transiret, qua Saluator olim,
assidens asello, humilis triumphator Ierosolymam, ingressus est, discipulis suis
jumento vestes imponentibus et simplici turba ramos palmarum, in via
honoris ac reverentiae Domini causa spargentibus; ut ipsa inquam, Lucretia
quae religiosos jumenta Salvatoris tam liberatim vestivit sustentavitque,
item, ramos palmarum, cum praeterea Domini honoris ergo stravit; pauperes
utpote, inopes, infirmos, afflictosque in variis necessitatibus de sua substantia
recessit: unde quod uni ex ministris, mihi fecisset; hac eadem inquam die
ex terrestri Ierosolymaeducta, caelestem Ierosolymam, Domino ancillam
manu, remunerante, intravit. Quod omnibus votis precantissime ac liberalis-
-sime fundatis, optamus, vel si veniale aliquid purgandum restet; Omnipotens
Deus per indulgentissimam misericordiam, suam, remittat, id scilicet
ac precibus diuturnis, nocturnis omnes qui beneficia ipsius experimur, humiliter
supplicemus, Amen.

sepulta est primo in Moravia in stannea sene elegantissima tumba; verum
Domini ⁱⁿ maritus Albertus Baro a Waldstein, habens, ^{hinc} divitibus ac possessionibus
maximis cumularetur, atque Principatu Prிடlandiae a Ces. Majestate Donaretur
ipseque bona Moravica venderet, in Boemiam, ad Principatum Prிடlandiae Geshiniam
se transferret, simul occulte absque pompa tumbam Lucretiae in Boemiam
transiret: ac die in ecclesia Prிடymensi fuit, dum primogeniti filii fundatoris Caroli
funus ad nos in Prிடymam perduceretur, utraque tumba jussa est in nostro sacello
Prிடymensi conservari: ibique permanserunt, donec ipsam, novam, Castus iam inhabi-
-teremus

harerimus. tunc enim aliquot diebus proemisimus et in refectorio adhuc sacello infra
lectorium in camera aptata reposuimus.

Titulus vero laudatissime Lucretiae insigni tumbae ab utroque latere incisus
Boemico idiomate verbo tenuis sic sonat:

A: Dni 1614, 23 die Martii, Dominica Palm arum, mane circa horas septi-
mam, Generosa Domina Lucretia de Waldstein, nata Melkissana a Landek,
in Wsetina arce Lukovic, Romiez et Mitobily, in X^{to} Domino vitam suam
finivit, et in hoc loco gloriosam, e mortuis resurrectionem expectet. Cujus animae
Dominus Deus propitiis esse dignetur. —

Denique funebrem pompam, laudatissime Lucretiae carmen, mecum claudat:

Vivat in aeterna requie Lucretia felix:
Quae pia, quae prudens, Religionis amans.
Hanc alii cantent, sat erit monuisse minores
Fundat devotas ut pia turba precetur.

Post obitum fausta recordationis Baronesse Lucretiae, maritus Albertus Wenceslaus
Luselinus Baro a Waldstein pecuniis fundationi assignatis, militem, conscripsit et
Vencetium bellum, praefectus in auxilium Ferdinandi Archiducis Austriacae, postea
Romani Imperatoris, cui se in heroicis actibus, bellicisque virtutibus in tantum
probarit ut immensis ab eo possessionibus, divitiis, honoribus ac dignitatibus
cumulatus sit. Unde conjugis pie defunctae videns desiderium ac voluntatis ordina-
-tionem, non solum implevit, sed tanta mobilia et immobilia bona divensis religiosis
contulit, tanta aedificare instituit, quae duntaxat a summorum Principum liberalit-
-ate expectanda fuerant. Ut sane obicitatis, lusorum, mulierum, conversationum,
oror, semper seriis intentus seu bellicis seu oeconomia ac architectura, in quibus
summos Magistros adhibuit maximis sumptibus ex Italia ad se vocatos. Fuit
ergo A: 1614 Cartesiae Castri B. M^{ae} V^{ae} fundamentum ex ordinatione Fundationis
Lucretiae factum. —

Anno Domini 1615. —

Post obitum, igitur praestantissime Lucretiae, quam viduam duxerat Albertus
Baro a Waldstein, ipse incepit tractare cum divensis religionis De fundatione

monasterii in bonis a Lucretia in Moravia derelictis, instituenda, imprimis cum
Patribus soc. (ut vocantur?) ac Franciscanis, quod hoc A^o 1615 contingere debuit. Verum,
cum ipse exigua initio bona immobilia dare vellet, alii religiosi fundationem, accepta
- ara distulerunt, forsitan id eo quod V. PP. curam, animarum, habentes magnis civitatibus
populosis que locis gaudeant, qualia non sunt in dominiis Lucretiae: itaque suggestum
fuit Alberto Fundatori, quatenus P. Cartusianis desiderium suum, explicet, hunc
ordinem, cum medius inter monasticam, et eremiticam, conversationem, incedat, ex
instituto solitudinem, amare, ac quantum, potest, turbas evitare, qui eo facilius
fundationem, accepturus sit quo loca magis quietas ac ab hominum, concursu
sequestrantur. Placuit hoc consilium, si e hoc anno, si e sequente datum.

Anno Domini 1616. —

A^o Dⁱ 1616 Fundator Albertus convenit frequenter Pivorem, cartusiae Olomu-
-censis, quem solum ex Cartusianis facere roverat. Fuit vero is V. P. Franciscus Weder-
-Brenscallanus diocesi hevicensi ordinis professor ejusdem Dⁱ Piv^o ac Austriae,
Indicat illi Albertus ac multis tractat sive in cartusia, sive in domo sua Olomu-
-censi, se in animo habere cartusianam, in bonis ab optima Lucretia derelictis construere
Audito pio magnanimi viri desiderio, refert Pivore Franciscus ad V. PP. Visitatores
Pivore ac Austriae Georgium, Tracelium Pivorem D. Maurbacensis prof. D. Ratis-
-ponensis Pivore ac Franconiae, et Georg. Heyt Pivorem, Cart^{ae} Axfacensis prof. Triburg-
-ensis Cartusiae Pivore ac Rhenanae. Qui consilio inter se habito, decesserunt Albertus,
Baronem, ob fundationem, accedendum, quo mentem eius et melius cognoscerent et
an Cartusianis plantatio illic dari posset considerarent.

Notandum, quod insequentibus annis de fundatione Nipensi, ob defectum certe
informationis, temporis ratio nepallit, nec nisi a V. P. Brunone prof. Brunensi haberi
potest, cum omnes V. PP. qui illam residentiam, incoluerunt, praeter ipsum, obierint,
quavis haec in paucis deservit. — A^o igitur 1616 V. PP. Visitatores una cum
V. P. Pivore Olomucensi convenerunt Fundatorem, in arce Luthoviensi, qui eos huma-
-nissime sane suscepit ac liberalissime tractavit: tandem, perspecta voluntate eius
et laudatis donariis, visum est fundationem, acceptandam, et ad hoc designatus
est ab amplissimo Fundatore et electus a Visitatoribus conveniens Cartusianae

conversacioni locus quietus, solitarius, infertili solo, admodum amoenus, in dominio Lukovicz,
juxta pagum, Hipsam, unde fundatio Hipsensis dicta fuit, in diocesi Olomucensi. Ut
quidem, locus Cartusie edificandæ commissus est primitus e Visitatoribus, V. P. Francisco
Pivori Olomucensi; quatenus ipse fabricam, iniperet, et primitus cellas aliquot extra
conventum, ceteri opere pro francis conventualibus perficeret, successu temporis juxta
voluntatem Fundatoris Ecclesie et cellarum, fundamenta jacerentur.

Circa hæc tempora grave bellum, exortum est inter serenissimum Archiducem
Austriæ Ferdinandum, postea pietissimum Imperatorem, et Republicanam Venetiam,
ad quod bellum sponte sua equitibus stipatus, pecuniis fundationi relicta usus, profectus
est Fundator; in eoque bello biennium consumpsit. Interim creberrimas litteras
ad Pivorem bello occupatus misit, de variis que administrandis admonuit; fabricæ
itaque V. P. Pivori Olomucensi multo tempore solus insigilavit 1616-1617. —

Annus 1617. —

Annus 1617. Chronis multo memorabilior est. Hoc quidem anno amplissimus Fun-
-dator primo M^o litteras primas fundationis tradidit, quæ primo anno sequenti 1618,
23 junii a R^{mo} Francisco Cardine. et Episcopo Olomucensi L. O. confirmatæ sunt. Ut est
fundationis Hipsensis extinctæ, et locus et redditus facilius cognoscantur, tam fundati-
-onis litteræ quæ, confirmationis eorundem, hic commode inserentur.

Litteræ fundationis primæ Hipsensis et confirmationis earundem.

Nos Franciscus miseratione Divina S. R. E. tit. S. Sylvasti Presbyteri Cardinalis a
S. Petri in Vinetis, Episcopus Olomucensis, Princeps Regalis capelle, Boemice comes, S. C.
M. intimus consiliarius, ejusdemque Regnorum, ac ditionum, hereditariarum
Protector et... P^{ri}ncipalis fidelium, votis præsertim, ad honorem, et gloriam Dei ac divini
cultus incrementum, tendentibus libenter quaesitum, cum Domino possumus, annu-
-imus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Nos erunt itaque universi, ac
tam præsens oetas quam successura posteritas; quod cum Illustris D. D. Albertus
Wenceslaus Lusabius Baro de Waldstein, Dominus in Wnetin, castro Lukow et
Ruzicz, invictissimi Rom. Imperatoris Matthei I, necnon serenissimorum Ferdin-
-nandi II coronati Regis Boemice et electi Ungariæ Regis, ac Maximiliani senioris

Archiducum Austriæ cubicularius et constitutus ab inclitis statibus Marchionatus
Moravie supremus 3000 Pedum, armorum Germanicorum Praefectus sive Ductor, pio devo-
tionis zelo accensus, sumptibus suis monasterium novum ad honorem et gloriam Dei B^{te} q^{ue}
M^{ae} Dei Genitricis et omnium solitum, specialiter vero S. Brunonis Confessoris cultum, et
memoriam, in dominio suo Lukoviensi et loco Ukpa vulgo nuncupato, nostrae Diocesis
pro Fratribus Ordinis Cartusⁱ a fundamentis creasset, utque regulariter juxta Statuta
ejusdem Ordinis vivere, gratumque et perpetuum, Altissimo famulatum, exhibere
possent, bonis temporalibus sibi a Deo collatis, liberaliter dotari et: cupiens eandem,
piae voluntatis suae intentionem, perpetuae firmitatis robur obtinere, erectionem et
dotationem, hujusmodi in scriptis redigi, confectasque demum fundationis litteras
in pergameno scriptas, sigilloque suo munitas nobis presentari fecit, studiose a nobis
petens et requirens, quatenus easdem in omnibus punctis, clausulis et conditionibus,
ordinaria auctoritate nostra approbare, ratificare, confirmare, necnon omnes defectum,
si quis quomodolibet in eis commissus esset, eadem auctoritate supplere, ac scripti nostri
patrocinio communitate dignaremur. Quarum sane litterarum tenor de verbo ad verbum
fuit talis:



Sequuntur litterae primae fundationis Hispanis. In nomine H. et Individuae
Unitatis Patris et Filii et Spiritus S^{cti} Amen. Ad ejusdem, unici summique Dei honorem,
et gloriam, perpetuamque rem, in scriptis, memoriam, Nos Albertus Henricus
Lusellus Baro de Waldstein, in Wartin, castro Lukore et Primiz, Invictissimi Rom. an.
Imper. Matthiae I. necnon sereniss^{simi} Archiducum Austriæ Maximilianum senioris et
Ferdinandum cubicularius et constitutus ab inclitis statibus Marchionatus Moravie
Colonellus sive supremus Ductor 3000 Pedum armorum Germanicorum. Notum
facimus tenore presentium, universis et singulis quorum interest, seu interesse poterit
quomodolibet in futurum, cum sacro testante eloquio hinc viatores et peregrini exister-
tes, nos habeamus civitatem in amentem, sed futura quam primitus credimus, nobis
sedulo inquirenda sit, ideo expedire ac summe necessarium censetur, ut durante
hujusmodi praesentis peregrinationis nostrae itinere ac intervallo momentaneo ca-
semienus in teris, quae cum multiplicato fructu mactere et colligere valeamus in
caelis: nobisque juxta veritatis monita, de namona iniquitatis amicos faciamus



qui cum hic defecerimus in aeterna tabernacula tanto benignius admittant. Sic
enim optime recondimus in caelis thesauros incorruptibiles, ubi eos nec serugo corrumpere,
neque terra demolire, neque peseres surripere valeant, nisi terrena cum caelestibus et
transitoria ista atque caduca cum aeternis felici commercio commutamus. Quapropter
proemissa omnia, obliato animo revolventes, diligenterque cogitantes: quo pacto
Omnipotenti Deo ex facultatibus temporalibus a divina benignitate nobis concessis,
pium, aliq. mod. ac dignum, obsequium, preparare possimus, quod nobis adhuc inter
viv. os existentibus vigeat, et post vitae hujus nostrae incolatum, non minuat, sed
firmum, et constantem permaneat, majoraque in dies sumat, tam in temporalibus
quam spiritualibus incrementa, deliberatione matura proelibata, certo quod nos
constituimus infra scripto modo et spiritali luce, talentum, a caelesti Patrefamilias
nobis conceditum, aliq. val. saltem, cum poenore sicut servum Dei fidelem, Deo reddere.
Ideoque ad honorem, Omnipotentis Dei, ejusdemque Intemeratae Matris Virginis Mari-
omnium, M. cultum, ac venerationem, necnon specialem memoriam, S. Braunensis Confra-
-Tondatoris Ordinis Cartae, monasterium, novum ejusdem Ordinis in domicilio nostro Lau-
-Kovicensi, non longe a pago Stapa nuncupato, funditus erigendum, atque sic erec-
-tum, ex bonis nostris temporalibus sufficienter et cum effectu fundandum, et dotan-
-dum, duximus, prout per praesentes animo proviso et deliberato, voluntarie et
spontaneae, omnibus melioribus modo, via, jure et forma, quibus de jure melius
feri potest ac debet, idem monasterium, ad divini cultus augmentum, fundamus
et dotamus modis et conditionibus infra scriptis: § Imprimis triginta milia parvae
pecuniae Moraviae valoris, per 30 gross. florenum, grossos vero per denarios 7
albos computando, eidem Monasterio Styliensi in veram, ac legitimam dotem, ac
patrimonium, donamus et tribuimus, plenoque jure, nihil nobis aut heredibus
et successoribus nostris inde reservando, applicamus et inscribimus volentes ac
statuentes, ut summa ejusmodi statim, in sensum, reemphiticum perpetuum,
eloctur, sic ut ex singulis censibus annuatim 6 taleri, ex tota vero summa
30000 floren. 1880 floreni ejusdem numeri monasterio eidem, census annui
modernis et futuris temporibus perpetuis proveniant, amarisque singulis per
8 medietates, hoc est per 940 flor., duobus distinctis terminis, videlicet in Sti-

Wen castai de mense septembri festiuitatibus inefragabiliter pendantur, atque ab omni-
-oibus quibus summa locata fuerit, ipsorum opera et expensis, sicuti juris et moris est
in hac Provincia ad monasterium Hipense transmittantur et importentur: quem quidem
censum, Prior dicti monasterii in sustentationem, et fabricam ejusdem conventus,
nempe ad alias quasvis res necessarias coemendas convertere poterit. Quod si quan-
-doque contingeret aliquid ex censu praefato ultra praedictas necessitates superesse,
volumus omnino et consentientes superiorum, dicti loci ea in parte operamus, ut id
nequaquam distrahatur ullo in casu, sed ex residuo statim alius census comparetur,
sic ut crescente summa capitali, redditus quoque annui auquantur,
majusque commodum, atque bonum monasterii in dies accrescat et amplietur,
§ 2^o: pro peculiari sustentatione dictorum Cartusienium, praedium, sive alodium, quod
in pago Napa hucusque habuimus, eidem Cartusia Hipensi donamus et appropria-
-mus cum omnibus suis pertinentiis, hoc est cum universis et singulis agris, pratis,
pluvio, sylvula et hortis ad id spectantibus, sic ut quidem nosmet haec omnia
possedimus, usque usum sumus, ipsi quoque (nulla re prosum inde cecepta) libere
et plene possidere, usque uti ac frui possint ac valeant. Quod si ultra praedicta
aliquid aliud de pratis, sylvis et hortis eidem cartusianis ad dictum praedium a
nobis vel heredibus vel successoribus nostris, possessoribus domini Lukoviensis
datum, a donatum fuerit, vel ipsi ab subditis plene id genus pro usu suo coemerint,
nullum praeterea tributum, seu servitium, cuiquam homini prestare neque ullum censum
pendere debebunt futuris perpetuis temporibus. § Ad hoc Prior et conventus dicti
monasterii donamus ac tribuimus partem sylvae eidem monasterio adjacentem,
ut ea pro libitum utantur absque ullius hominis impedimento. Quae quidem pars
sylvae incipit a via ermentaria Truson, dextoribus dicta, qua pecora dicti
monasterii praedia sepelluntur, usque ad viam, forensam, sive Lyosta les ora
nuncupatam: et inde usque ad foream lupinam dictam: iterumque a forea
lupina usque ad agrum, Iudicis Kostelacensis. § Praeterea donamus eidem
monasterio Hipensi molendinum, mortuum, in pago Kassava quod Mety Sprigi-
-ovosty nuncupatur, et serram, ibidem, sicutentis esseribus, seu tabulatis,
donamus, una cum universis agris et pratis ad dictum molendinum spectantibus.

Concedimus quoque eisdem Certusianis liberam facultatem, accipiendi in omnibus sylvis totius Domini Lulkoviensis, ubicumque eis placuerit, ligna grossa sive trabes aut trunco pro assibus et tabulatis in praedicta terra ad usus monasterii sciendendis, necessarios seu necessaria. § Eidem insuper impartimus plenam et absolutam libertatem, pasceendi pecora dicti monasterii per totum Lulkoviense dominium, in sylvis, nemoribus, agris, pratis, aliisque locis glandiferis, ubi quercus et fagi habentur, libere et absque ullius pretii solutione aut census in jusque exactioe. § Similiter ammuimus et consentimus ut habeant piscationem liberam, in omnibus fluminibus ac rivis ad praefatum dominium spectantibus necnon ut possint pro loco et fabrica aliisque propriis eorum, necessitatibus quocumque tandem nomine illa censeantur, ligna ex omnibus praedicti domini Lulkoviensis sylvis et nemoribus gratis et absque pretio extrahere, nullo proventus loco excepto, absque cuiusque hominis contradiotione sive impedimento. § Habebunt quoque potestatem et licentiam per totum dominium Lulkoviense eruendi seu emiffandi lapides omnis generis tam mureales quam scetiles pro fabrica, calce, aliisque propriis suis necessitatibus; necnon extruendo domos, areas, sive casas in omnibus locis dicti monasterii appropriatis, et in eas homines sive viros introducendi, qui servitio quocumque ipsi Certusianis praestare, nullique alii homini subesse aut homagio sive subjectione obligari debeant praeterquam Patri et Conventui praedicti monasterii. In praedictis vero subditis eorum, necnon in praedictis, molestinis ac summariter ex omnibus eorum rebus et bonis, Dominus et Possessor Lulkoviensis omnes et universas terras atque contributiones et tam Provinciales quam caesareas sive regales, quocumque tandem illis impostae fuerint, de propria sua bursa solvere teneatur, neque sinat ullas molestias illis inferri, sed partem, quae ipsis Certusianis imperatur, de suo proprio numerare ac persolvere debeat. § Istius proinde fundationis, dotationis et dispositionis ad laudem Dei omnipotentis et gloriosae Deiperae Virgini, S. Brunonis, totiusque coelestis curiae factae, prosperum, successum, quem admodum, futuris temporibus perpetuis stabilem, illibatam, florentioremque in dies fore unica optamus; ita haeredes quoque ac successores nostros Dnos et Possessores totius dicti Lulkoviensis Domini, ut et ipsi debito devotionis fervore atque erga religiosos Ordinis Certusiani benignitate

CHARTA GEOGRAPHICA
BOEMIE
cum locis in Mts Caspari
Brispeltii occurrentibus





CHARTA

ographica viciniam et pradia olim

CARTUSIÆ B. M. V.

WALDICE NSIS



1 2 3 4 5 6 Km

ida MAJORI pagi Minori titia ponuntur

Aqueductus

Sylvæ

Alonia Ecclesia P.M.J.

Nota. Nomina in hac carta rectissime scripta
varie in veteribus libris et manuscriptis
maxime extra Bohemiam confectis
occurrunt. sic ex. gr.

Nomina recte cum G incipentia saepe cum G
nicipiunt: Gěschin Gechin Gedachin etc = Tichin

Nom. recte cum O inc. saepe cum D adducuntur
Dulibitz = Oulibice

Nom. recte cum O inc. saepe V prefixum habent
Vostroměř = Ostroměř.

C saepe loco K vel Ch scribitur

Adhuc notandum:

Magna, Major = Velká

Nova, Neo- = Nová

Eisenstadt Tsenstätt = Teplnice

Aliqua omnino corrupta nomina: Erdo = Brno

atque charitate permoti, fundationem, et ordinationem hanc nostram, in etura consilio
factam, manteneant, continent, promoveant, proque pietate sua augere non negligant,
etiam atque etiam amore Jesu X^{ti}, Dei et Salvatoris nostri (cujus solius hinc causa agitur
et gloria quaeritur) oramus, obsecramus et obtestamur, atque eo nomine conscientias quoque
eorum, oneramus. Quod si vero aliquis eorum, sive alius quisvis hominum, suadente cupiditate
malorum, omnium radice, huic nostrae fundationi contravenit, bonaque, census,
jura, fructus et emolumenta seu obventiones quascunque per presentes litteras dicto loco
et ordini Cartusiano data, donata et appropriata, sive in posterum, per nos seu alium
hominem, ad augendum, ibidem, cultum, divitum, danda, donanda, approprianda, quae
in respectu monasterii et conventus Stephensis necessitates, et usum conventi debent,
a monasterio ab alienari, aut in proprios usus convertere, sive monachos Cartusienses
in perceptione eorum, impedire, aut quovis modo (maxime circa obsequia divina recte
persolvenda) eos molestare praesumpserit, is anathemate et maledictionibus omnibus
aliis censuris et poenis temporalibus et aeternis, contra iniquos usurpatores beneficiorum
ecclesiasticorum, prout ab Ecclesia in sacris Canonibus et ^{ecumenicis?} Conc. Later.
et Decretis subiaceat, innotetur, et nisi resipuerit ac restituerit, in extremo judicii
die disticham, propterea rationem redditurus, Deum severum Judicem, sibi adversum
sentiat, omnesque sanctos Dei contrarios habeat, et tandem, cum Juda traditore Salva-
toris omnibus membris Diaboli in inferno sine fine crucietur.

Ut autem suprascripta omnia perpetuo robore firmitatis obtineant, Illustriss^m
et Re^m Principem, ac DD. Franciscum, S. R. E. Cardinalem, a Dietrichstein, Episcopus, ob-
mucensem, et Trunum nostrum, gratiosissimum, tanquam L. O. omni qua Deo et reverentia
obviae petimus, ut Dignetur hanc piam intentionem, fundationemque ac dotationem
monasterii praedicti Stephensis Ordⁱ Cartusⁱ et ordinationem nostram, in omnibus peractis,
clausulis et conditionibus acceptare, acceptamque approbare, ratificare et auctoritate
sua Ordinaria gratiose confirmare cum clausulis opportunis circa hujusmodi fieri
solitis et consuetis, eademque auctoritate supplere omnem defectum, si quis forte ex
verborum, aut sententiarum, obscuritate aut negligentia quacunque vel errore non
affectato, in presentibus fuisse commissus. Quod demum ad jus Patronatus dicti
Monasterii et protectionem, ac tuitionem, in temporalibus attinet, haec omnia nobis

tanquam legitimo Fundatori, nostris que heredibus DD. in Lukox plane reservamus,
volentes ut iidem, posteri nostri, quandiu sub obedientia Rom. Pontificis X^{te} in terra Biscari
vixerint, sancto que hon. sed^{ae} fidem teneant, et hanc fundationem nostram in aliquo
non violaverint, integre serventur et potuerint. Quamprimum vero ab eadem Cath^{ca}
Rom. et apost^{ca} religione desierint, et violatores et usurpatores hujus fundationis
nostrae fuerint: eo ipso facto jure Patronatus, protectionis et tuitionis privati existant,
atque in eo casu ad Archiep^{um} et R^{om} D. Episcopum Blomueensem, devolvatur. Apud
quem ejusque successores tandem integre et inviolabiliter permaneat, donec alius verus
catholicus Dominus in Lukox succedat, qui hanc fundationem, et dispositiones nostras,
in omnibus suis punctis et clausulis observet et ipsa teneatur. In quorum omnium et
singulorum praemissorum fidem, testimonium, et perpetuam stabilisationem, haec fun-
dationis et dotationis nostrae litterae manus nostrae propriae subscriptione, sigilloque
nostri in aejore affensione munimus. Dato in castro Lukox die 1^{ae} mensis Martii
A: Dⁿⁱ 1617. - Albertus a Waldstein mpp.

Sequitur Episcopi Blomueensis fundationis confirmatio: Nos itaque atten-
dentes omnia, quae in infrascriptis fundationis litteris continentur, praesente et laud-
abiliter ac divini cultus augmentum, esse ordinata et disposita, postulatis praedicti
Domini annuentes, fundationem, rectionem, et dotationem hujusmodi cum omnibus
suis punctis, articulis, clausulis et conditionibus, totaque litterarum supra insertarum
tenore, auctoritate nostra ordinaria approbamus, ratificamus, confirmamus, et praesentis
scripti munimine roboramus suppletantes omnes et singulos defectus, si qui forsitan
invenerint in eisdem; praedictumque monasterium, Ordinis Cartusⁱ in Styria sicut
praemittitur, legitime fundatum, et dotatum, regnoscentes, census, bona, redditus et
proventus supramemoratos eisdem, unimes, approbamus et in Dei nomine praesentibus
incorporamus, ipsumque monasterium, censusque, redditus et bona sive jam de facto
illi data, donata, deputata, unita et incorporata, sive in postea danda, donanda,
deputanda, unenda et incorporanda ecclesiasticae libertati subijcimus, et de cetero sub
ecclesiastica immunitate, nostraque et successorum nostrorum, Episcoporum Blomueensium,
spirituali et ordinaria jurisdictione consistere volumus. Decernentes eadem auctoritate
viritum, et inane, quidquid contra praemissa vel eorum, aliqua per quoscumque homines

quocumque pretestu, scienter vel ignoranter contigerit attentari: contradictores, necnon
bonorum dicti monasterii alienatores, detentores et iniquos usurpatores excommunicabi-
onis alicarumque censurarum, vinculis et poenis immodatas et immodatas esse declara-
ntes. In quorum fidem et perpetuam firmitatem, hanc confirmationis nostrae litteras
fieri, easque manu nostra propria subscriptas, sigilli nostri in aejoris appensione
jussimus roborari. Datoe Cremsiri in Aetate residentioe nostra Episcopalis, Die 23
mensis Junii. A^o habitis nostrae preparatae 1618

F. Cardinalis a Dietrichstein Episcopus Olomucensis; Laur. Zwothlerus Cancellarius,
Wenceslaus Compus et secretis.

In his fundationis Stipensis litteris et earumdem confirmatione constat, anni
et duorum, pene mensium spatium, intercessisse, antequam a Francisco Card. confirma-
rentur, nam A^o 1617 Junia Maii Datae; A^o 1618, 23 Junii confirmatae; Deo forsitan
contigit, quod nostris non satis sufficiens fundatio visa est, quae acceptaretur. Hoc
tamen intervallum in Ecclesiae et cellarum fundamentis laboratum, ut sequuntur
aliae litterae, quae procedentis fundationis additamentum, et augmentum esse videntur,
eodem die Datae et confirmatae quae procedentes.

Nos Albertus Wenceslaus hucbicus Baro de Waldstein in Vrsatia, Castro Lukow
et Ruzicz, Invictissimi Imperatoris Maximiliani I. nevae, sereniss. Archiducum Austriae
Maximiliani senioris et Ferdinandi Cubicularius et constitutus ab inclitis Statibus
Marchionatus Moraviae, Colonelus sive supremus Ductor 3000 Peditarum Germanicae arma-
turae. Notum facimus tenore presentium, universis et singulis hasce litteras inspecturis,
lecturis et auditoris, quae admodum, divina favente clementia, monasterium seu Con-
ventum Ordinis Cartusii^{is} juxta pagum Stipa in dominio nostro Lukovicensi Diocesi Olomuc.
propriis sumptibus ereximus et fundavimus, majoremque proventuum, ac reddituum,
illius partem, in parata pecunia assignavimus ita non minori cura atque sollicitu-
dine in eo laborandum, censuimus, ut divinum illud obsequium, quod Altissimo
Dei suis donis ac beneficiis in praedicta Stipensi Cart^a preparavimus, non modo nobis
viventibus vigeat, sed etiam post obitum nostrum, multo magis floreat, stabileque
ac perpetuum, ad ejusdem Dei ac Dni nostri gloriam, perseveret: hinc considerato dili-
genter presentium temporum statu, quo rerum omnium pretium in dies adeo augetur.

ut sumptus qui non ita multis retro actis annis homini ad vitam honeste tuerendam
sufficiebant, idem deploratis temporibus his, iam quadruplo et amplius majores pro
congrua hujusmodi sustentatione esse debeant, facile ex proterlapsis saeculis judicare
licet. Futurorum quoque temporum successu cariora fore omnia, et pro inde crescente
virtualium aliorumque rerum pretio ac valore, necesse sit etiam crescere et in eandem
rationes et expensas. Quocirca cum, minime velimus ut predictum, castus. Mo-
-nasterium, ob reddituum tenuitatem, aliqua deinceps patiatur detrimetum, aut
paulatim, quod absit, ad interitum vergat; idcirco animo provido ac deliberata
mente apud nos constituimus ut pro evitendis hujusmodi futuris defectibus ac
periculis, Priori ac conventui predicto Stensensis monasterii, illi post obitum nostrum,
primo statim anno, ultra omnes alias pecunias atque redditus, quos per speciales funda-
-tionis nostrae litteras eidem assignavimus, dedimus et inscripsimus, ad huc alia
20000 florenorum, Moravieorum, singulos flor. per 70 annos computando, ex bonis
post nos relictis dentur, et in paratis numerentur: prout tenore litterarum, hanc
predicta 20000 flor. eidem castus in stipa donatione ex causa mortis ut vocant,
donamus et hinc presentibus inscribimus, haeredesque nostros obligamus et obligatos
fore decernimus, ut post nostrum, ex hac mortali vita egressum, primo, ut premit-
-titur, anno, viginti hujusmodi florenorum, milia ex relictis nostris, predicto
monasterio Stensensi, nulla interposita mora, et absque ulla remittentia aut
tergiversatione numerent et persolvant. Quam, quidem, summam, in sequentes
usus et non alios converti volumus, ordinamus et disponimus, videlicet: Quam-
-primum Prior et conventus, predicti praefata 20000 perceperint, statim ea in
censum receptitium, in aliquo, certum, et securum locum, sive in Moraviae Marchia-
-nata, sive in Regno Boemiae aut Ducatu Silesiae dare et locare teneantur; ex qua
summa receptitia census annuus 1200 provenient. Nos vero mille et ducentos
florens nulla prorsus ex causa, quae humanitus cogitari possit, occurrente, etiam
quamvis urgente, urgentissima et inevitabili necessitate, alio convertere; seu
unquam expendere; sed rursus, in alium receptitium, eos dare et locare debeant,
ubicumque locorum, seu terrarum, ipsorum bene visum fuerit: atque hoc pacto
summa eorum, capitalis annuatim, augetur 1200 florens. In quibus 1200 flor.

census unus annuus 72 flor. obveniet: quos quidem 72 flor. in sequentem usum
expendi et converti volumus et ordinamus: § Primum, ad magnam Cartusiam annua-
tim dentur 12 flor. quod tamen sub ea ratione intelligi debet: siquidem
redditus et proventus Monasterii Stipensis annuatim per 72 flor. accrescent et auge-
buntur, ut ipsi quoque Cartusiani Stipenses singulis annis ad hoc 12 flor. magne
Cart^{ae} insuper tribuere et persolvere teneantur, videlicet ut inchoantes anno primo
dent 12 flor. secundo 24, tertio 36, quarto 48, atque sic insequentibus annis succe-
dentibus durante stipensi monasterio alii atque alii 12 flor. pro magna Cartusia
dandi erunt. Ceterum, ut constat in quoniam unum proventus istos mag. Cart^{ae} cedere
velimus, haec nostra est studiosa petitio et finis desiderium: Decernatur et religatus
altare unum in beata mag. Cart^{ae}, et in eorum parte hujusmodi reddituum, (qui etiam
paucis exigui videntur, at tamen temporis successu magna sunt incrementa)
pro fabrica et ornamentis ejusdem Altaris applicentur, et in eo singulis diebus
missa una defunctorum, pro animae nostrae refrigerio celebretur. Reliquam vero
ejusmodi proventuum partem Prior magna Cart^{ae} eo quo sibi in D^{no} optime visum
fuerit, concedat. Proterea rogamus ut pro census hujusmodi stabilitate atque certi-
tudine persona aliqua ex ipsam et magna Cart^{ae} a superioribus Ordinis deputetur,
cui Prior monasterii Stipensis singulis annis rationes suas transmittere, plenamque
informationem dare teneatur, ubi nam et apud quos pecuniae hujusmodi receptitice
existent; ita ne propter incuriam, forsam Prioris respectum, monasterium Stipense
in redditibus suis detrimenta aliqua patiatur: quod si aliquando idem Prior Cartusiae
Stipensis motus forsam aliqua urgentissima et inevitabili necessitate, supradictos
1200 fl. annuos in alium censum non elegerit, sed in aliquam etiam gravissimam
nam et conventus necessitatem impenderit, in talem tanquam foundationis hujus nostrae
transgressorem, R. P. Generalis Ord^{is} reverentiam advertet, et ut illud quod intermissum
est, corrigatur et instauratur, pro sua prudentia et pietate providebit. Quantum
porro ad 60 illos florenos attinet, qui defalcatis 12 ex supradicto censu 72 annuatim
monasterio Stipensi remanebunt. De illis hanc ordinationem facimus et decernimus:
cum in edificiis et fabricis diversis multa singulis annis reparatione indigeant,
deceatque religiosos ultra sustentationem, congruam et elemosinas, monasteria

adesque parvas benestructas et debito decore ornatas habere: proinde Dimidium
ejusdem census, hoc est 30 flor. singulis annis in fabricam et aedificii necessitates
convertantur. Quod sic intelligendum est, ut expositis primo anno 30 flor. secu-
-do 60, tertio 90 et sic Deinceps consequenter alii et alii 30 plures in aedificiis
et structurarum annuatim expendant, neque hoc ullo sub pretexto, aut quovis
quosvis colore, unquam intermittant, quin potius annis, ut praemittitur, sin-
-gulis, 30 amplius et amplius florenos in fabricam insumant, monasterium or-
-nent, et fundationi satisfacere studeant. Reliquos vero 30 flor. qui annuatim
ad redditus monasterii obventuri sunt, poterit idem Prior et conventus Cart^{ae} in
quosvis usus, necessarios sui conventus et in elemosynas convertere, ac de iis
suo libero arbitrio suo disponere. Et quoniam in rebus humanis nihil firmum
ac stabile, nihilque a periculis est immune: ideo si contingeret quovis modo,
casu seu infortunio, supradictam summam 20000 flor. amitti vel interire,
ita quod summa capitalis Cartusianorum, Hemptensium, amplius augeri non
posset per 1200 flor. qui ex eadem summa 20000 flor. annuatim provenire
deberent, in eo casu obligati erunt praedicti Prior et conventus monasterii totius
dicti omnem adhibere operam, et summam, aliam, sic amissa acquirere et tentem,
undecumque colligere et congregare, id quae vel ex pecuniis praecedenti tempore
conservatis et ex residuo seu augmento eorundem 20000 collectis: vel si nec-
-esse tantum conservassent, tunc ex aliis illius monasterii proventus;
debeantque per aliquot annos propter huiusmodi 20000 iterum congreganda
alioe expensae monasterii cessare, minorque interea Fratrum numerus alii,
donec alia 20000 (ex quibus annuatim ad eorum capitalem summam 1200
accrescere possint) acquirant atque hoc pacto monasterium in vigore statuque
suo, juvante Dno, firmum, et illibatum, consistere et permanere valebit. His
itaque supradictis modis satis expressum esse confidimus, quae nostra sit voluntas
et praedicta 20000 summa post obitum nostrum, Cartusianis Hemptensibus danda,
et qualiter illos cum ea agere, facere, disponere, et procedere oporteat. Quod si
quis secus aut aliter egerit, fecerit, disposuerit et processerit quam a nobis
praesentibus litteris intentum, determinationem, et expressum est, aut talia agentis

ann, debuerit et potuerit, non impedierit: ideo Deum, justum, iudicem, interpellamus
et oramus ut de talibus aut tali illam, eandem poenam, et ultionem, repetat, quam sumptu-
urus est in illa die irae suae de bonorum, ecclesiasticorum, usurpatoribus et iniquis
eorum, detentoribus: siquidem, ii qui huic nostrae intentioni contrafecerint, tanquam,
usurpatores fundationis, nefarii criminis complices merito habendi et censendi erunt.
In quorum omnium, et singulorum, praemissorum fidem, et robur, hasce litteras, in aucto-
ritate propria subscriptas, sigillaque nostri, majoris appensione muniesimus.

Datoe in castro nostro Lukow, die 1^a mensis Maii A.D. 1617. Albertus a Waldstein,

Confirmatio harum litterarum, a R^{mo} Francisco Card^o & Episcopo Olomucensi.

A^o 1618. 23 Junii. Nos Franciscus misericordiae divinae S. R. I. tit. S. Sylvestri. Presb.
Card^o & S. Mich^ol^{is} Episcopus Olomucensis, Princeps Regalis Capellae, Boemiae comes S. C.
M. intimus consiliarius, ejusdemque Regnorum, et ditionum, haered. Protector. Notum,
facimus tenore praesentium, universis et singulis, quod constitutus coram nobis Illustri
S. Alberto Wenc. huc. Baro de Waldstein, Dominus in Wretis, castro Lukow & Rimicz,
Invictissimi Imperat^{is} Matthiae I, necnon sereniss^{imi} Ferdinandi II coronati Boemiae et
electi Hungariae Regis, ac Maximilian^{is} senioris Archiducum, Austriae Cubicularius
et constitutus ab inchoyis et abibus Marchionatus Moraviae superius 3000 Pedibus,
armaturae Germanicae Praefectus sive Ductor, qualiter ipse constanti in Deum pietate
perseverans, fundationem in loco ditionis suae Lukow prope villam, Nipa impensis
suis fundatum, erectam et dotatam, non asterium, pro Fratribus Ord^{is} Cartus^{is} non
modo dum intervivis existit; promoveri et tueri cupiat, necnon, etiam post obitum
suum, id ipsum, firmum, et stabile atque in redditibus suis magis ac magis auctum,
vigere ac florere desis eret; proinde hunc in finem certos quosdam redditus causa mortis
supradicto monasterio Cartus. assignavit et per litteras assecuravit, petens officiose ordi-
nariam nostram, auctoritatem, in eo interponi. Quae sane litterae in originali nobis
praesentatae de verbo ad verbum, hujus erant tenoris: Nos Alberto de Waldstein...

Nos proinde postulatis praefati Dni tanquam justis et honestis annuentes atque
cupientes, ut de his quae divinum cultum concernunt, debitum Altissimo obsequium
praestetur, omnia et singula ut supra insertis litteris contenta in Dei O. M. nomine,
auctoritate nostra ordinaria, tenore praesentium, approbamus, ratificamus et

confirmamus, simulque censum perpetuum, redemptivum, in litteris ipsis spectantibus
et specificè expressum, et tam monasterio predicto Stipensi quam majori Cartusie
applicatum, et deputatum, locus in ipsa dispositione et ordinatone superscripta
nominatis unimus et in perpetuum incorporamus, et ecclesiasticoque subiciamus
libertati: statuentes, quod in case detentionis et non solutionis summoe ac census
hujusmodi per superiores dictorum monasteriorum, et ord. Cart. seu Procuratores
eorum, quotiescumque necessitas postulaverit, a quibuscumque debitoribus per
censuram ecclesiasticam, aliisque juris tam civilis quam ecclesiastici canonici
remedia requiri, repeti et exigi, atque in usus superscriptos juxta modum
in eisdem litteris prescriptum sine ulla immutatione aut alteratione converti
debeat et expendi. Decernentes eadem auctoritate nostra irritum, et inane, quid-
quid contra proemissa vel eorum, aliqua per quoscumque homines, quocumque
pretextu, scienter vel ignoranter, contigerit attentari: contra adictores et inique
tam summoe quam census usurpatores et detentores, excommunicationis aliisque
que censurarum, vinculis et poenis immodatas et immodatos fore declarantes.

In quorum omnium perpetuum robur et firmitatem, hasce confirmationis nostre
litteras manu propria subscripsimus, sigillisque nostri majoris appensione
jussimus roborari. - Datoe Bremis in Archiepiscopatu nostro Episcopali

Die 23 mensis Junii A. D. 1618

Franciscus Caderi. a Dietrichstein

Episcopus Olomucensis mpp

Laurentius Zettlerus Cancellarius

Wenc. Compus a Secretis. -

Annus Domini 1618. -

Anno hoc 1618, Junii 23 die, fundationis litterae confirmatae sunt, ut
supra retulimus. Eodem anno Fundator Veneticus bello, in genti bellico virtutis
gloria, interfuit: quod ipsi ad omnes deinde honores et dignitates viam stravit.
Interim per deputatos architectos fabricae, ecclesiae fundamenta et cellarum qua-
dratis politisque lapidibus eleganti admodum opere, magnis sumptibus exivit.
Porro annus 1618 toti Christianitati potissimum, Catholice Religionis funestissi-
mus fuit: hoc, siquidem, bellum, omnium, gravissimum, durissimum, nocentissi-
-mum

naum Bohemis hereticis tumultuantibus et rebellionem inchoantibus in Imperatorem Roman. exortum est. Cujus ingentis incendiū adhuc 13 (sum scribo proene 20) anno, scintillae imo grandes nimis carbones per varias Prov^{as} Germanicae et vicina Regna et regiones sparguntur. Atque utinam elementissimo Dominio Catholicae Religiois veritatem propugnante tandem penitus sopiantur. Quamvis vero rebellibus Boemis Moravi haeretici faverent, serius tamen reliquis, forte ultimi rebellionē remisissent, Postquam, vero squama squamae jungelatur, haeretici haeretici copulabatur ad perseguendam Ecclesiam Dei, nihilominus multo tempore fundator aedificare non destitit.

Hoc eodem anno 1618, acceptis litteris fundationis Stipensis et confirmatione eorumdem, V. P. Georgius Taesclius Visitator accessit Ratisponā V. P. Matthiam Mithner, antea de societate (S³), videlicet, varia doctrina ex cultum, quos primam superiorem Stipensis fundationis constituit. Huic socios adjunxit V. P. Petrum Pigerum et Petrum Fischerum, Confluentinum, utrumque prof. magistrum, et dioec. heri. oriendum, Prov^{as} Rhenaenae. His addidit V. P. Brunonem, Lignanum, moravum, domus Brunae prof. Prov^{as} Austriacae, nunc solus, in vicis. Hi inquam, & missi a V. P. Visitatoribus 1618 die 17 nov. in sollemnitate B. P. N. Hugonis Lincolnensis Episcopi conveniunt Olomucium, et comitantibus V. P. Prioribus praedictis Francis Wederat Olomucensi et Joanne Vogelio Brunensi prof. domus Herbipolensis Franconiae Prov^{as}, ducti sunt ad dominium Le Kovicense, ut Stipensium fundationem primi inhabitarent. Quod exiguosane tempore contigit; nam haeretici paulo post dominabantur, Catholicos maxime scolasticos et religiosos confiscatis bonis proscribentibus. Hinc nostri, etiam ex Stipensi in aresidentia cedere compulsi, atque annis 1619 et 1620 vario fortunae telo jactati, nunc apud Ill^{mm} et liberalissimum Ladislaum Popelium, de Lobkowitz habitarent (quidam non diu supervixit) nunc in carnisca Olomucensi, nunc in carcere Olomucensi. Quo autem ordine, tempore haec contigerint, mihi exacte non constat; solus, a V. P. Brunone Lignano, qui his interfuit, sciri potest.

Nota. - In libello ms. V. P. Matthiae Mithner. Expulsi sumus ex Stipensi novae Carusiae plantatione per rebelles moravos A^o 1620 die 5 augusti. Suscepti vero per Ill^{mm} D. Ladislaum Popel De Lobkowitz Dominum Holeschoriensem ad S. Annam, anno integro demorati sumus.

Annus Domini 1619. -

Anno hoc 1619, nostri VV. PP. S. Stipensis residentiae magnis periculis, sicuti et sequente exposita fuerunt. Haeretici siquidem, in his regionibus omniamis celebrant, imprimis religiosos et clericos castros persequentur. Ut, utronjicio, hoc tempore nostri apud Popeliam habitaverunt.

Annus Domini 1620. -

A^o 1620, mense Januario nostri S. memorati Patres in grave vitae discrimen adducti sunt. Directores siquidem, Moravi V. P. Olomucens; injunxerunt, ut PP. Stipensis residentiae ad se vocaret, habere DD. Directores, quod illis proponant; fuerant autem, a famulis haereticis verbis eorum observantibus delati. Iohannes Franciscus ignarus intentionis eorum, ad se Olomucium, vocat. Quo pervenerunt V. P. Petrus Thichero pro custodia domus relicto. Nox vesper die Junii Syndicus Civitatis licet catholicus adfuit et nomine Directorum, denuntiavit, ut eodem vesper ad carceres se transferrent. Consternatis VV. PP. tam, inopinato nuntio, V. Senex, innocentissimusque P. Petrus Wigerus inquit: debetne ego etiam cum illis ire ad carceres? nullius culpa mihi conscius sum, solum precibus intentus secularia ignoro, et si quid ab aliis commissum sit, me quoque latet, quamvis hoc non absque commiseratione Syndici innocentiae simplicitatem, advertentis postulerit, at amens responsum est: omnino debet etiam cum illis ire.

Referunt Fundatorem, dum primitus cognosceret nostros Olomucii publica custodia in churos esse, dixisse: doleo vel maxime propter seniculum illum Patrem. Simul ceum illis eodem vesperi locum captivitatis ingressus est Joannes a Ma Lepicida. Invenit vero in eadem custodia eadem die tortum Joannem Sarcandrum Romanum sacerdotem, Parochum Holeschavensem, notum et familiarem suum, Illustris Vini Popelii confessorium, qui in deterioribus cubiculum detentus, injuriis hyemalis temporis expositus apertis cubiculi fenestris, gelum et nives toleravit. Insuper saepius tortus. Rebelles siquidem, ab eo expiscari conati sunt omnia secreta sepelicti J. Ladislai Popelii, Dominorum catholicorum, et adventantium, hos accorum. Luffe haereticis insar-niae incipientibus, Cracoviam, Declinaverat. Ipse vero B. Sacerdos in praemis gravissimis pro catholice Religionis defensione susceptis patientissimus; nec secreta Popelii

in confessione percepta haurit, nec statum, politiam, concernentia ab eorum percipisse, aut cum illo communicasse dixit, neve hos a coram, equitum, intentionem, se scire testatus est, tandem post varias, repetitamque torturam, post diuersos corporis cruciatus, instrumentis, adentibus fice illitis, usque ad ossa adustus est, ut cum, Propheta mistur Laurentii carere posset: Iudica me Deus et diuina causam meam, agente non sancta. Proba me Domine et tenta me, ure reus meus et cor meum, lenerat in sacerdoti, pectore piam, ardore ignis liquefactam, carnes exedere atque ossa retinere. Denique post tantum, loci squalorem, et frigus, post membrorum, per torturam, dissolutionem, atque post carnis excisionem, ossibus patentibus, imo adustis, O crudelitatem, euangelicam, aliquot septimanis elapsis, ea vehementia doloris patenterissime tolerati, gloriosus in martyro occubuit, atque a catholica residua Olomucensium, plebe in parochia B. V. M. S. Laurentii (adusti- one alter Laurentius) sacello sepultus est. Signus profecto qui communi Olomucensium, devotione eterna honorifico monumento extolleretur.

Tam a est, si V. Patres tres memorati citius eadem die carcerem intrassent, tortori- bus adhuc presentibus, quod cum eodem, beatissimo viro propter similem causam, torturam, subissent; nam post aliquot septimanas periculum, torture incidissent, vnum absentia cuiusdam, ad hoc opus necessari sive casu, siue studio prosecuta, ipsos a poenis exemit. Inde factum est, ut V. PP. nec ab haereticis examini atque fuerint, nec alias molestias propter inconuenientiam, loci experirent, et libere permissum, et illis sive ab Cartusia Olomu- censi, sive ab honestis catholicis civibus ministrari. Post circiter 5 septimanas, mens e februario 1620 ex custodia dimissi sunt, ac in Cartusiam, Olomucensem, regressi. V. P. Petrus Wigerus tandem, ad domum, Aggspalensem, peruenit, ubi in extrema senectute diebus, clausit 1632, ut mo loco dicitur. V. P. Petrus Fischerus qui liber apud bona Vepensia rem anserat, ad domum, Bruensem, se contulit, sed et mensibus, ianuario et februario et pluribus anni 1620, Patres nostri Cartusiani Olomucenses iam, haereticum, militem, in cartusia habuerunt, bona et regimen Directoribus caripientibus; at tamen per haereti- cum dispensatorem, tam victus quam, vitibus necessaria ab unde subministrarunt. Prius vero exire, raro permissum, V. vero Patres Cartusiani Bruenses arctiori custodia per militem, in refectorio detenti; unde non sine milite ad necessaria peragenda dimissi.

tandem Omnipotens Deus Ecclesiam suam, et servos fideles in his regionibus

ulterius vexari non est passus, sed memorabilem, inclutam et maximam (hostibus
terrorem incutendo) victoriam contulit in monte albo ante civitatem Pragensem, 8 die
nov. Hac audita a Deo data victoria, mox rebelles moravi imprimis Directores et
incendii moravici auctores fuga sibi contulerunt; si qui intercepti pecunas lucreunt. Et
sic brevi temporis interuallo, omnia in Moravia in antiquum, statum, imo meliorem,
redacta sunt. Utinam, idem, in omnibus Provinciis Germaniae, vel nunc Dei gratia
ante, maximum, ecclesiae catholicae augmentum, oriatur. De fundatione Stipensi
plura, certiora et ordine quoque disposita a V. P. Brunone Lignano solo superstite ex
incolis fundationis Stipensis peti debent. Et haec De fundatione Stipensi notanda
occurrerunt.

Nunc de Boemiae Waldicensi agendum erit. Itaque qui Stipensem
locum, viderunt, referunt cum quolibet alio, ubertate, pulchritudine, salubritate et
commoditate certare. Praeterea et fors an de justissimis Laetiae possessionibus modica
Adiutem nostrum, (sublata omni usurae specie) percipisse, quam latissimas Waldicensis
possessiones, sed rebellium, expulsorum, occupare.

¶ Notae D. Caroli Piszky prof^o D^o Waldicensis et ad an. 1715 Vicarii P. Dantis in.
Bona Waldicensis sunt parata pecunia a Waldsteinis empta et soluta. Item
praeter unicum praedium, accepit castus a Stipensis 50000 flor. ad censum redemptionem
locanda, ex cujus proventibus annuis Castusianos vivere oportebat. Quos o estne
hoc ab omni sublata usurae specie vivere. —

Annus Domini 1621. —

A^o 1621. Quid felix, paustumque sit ad laudem, Dei, ordinis inuicementum, atque
omnium animarum salutem, translatio facta est Moravice Stipensis fundationis
in Gethiniensem, seu Waldicensem, Boemice. Contigit etiam tali modo: Illust. ^{hinc}
Bero a Waldstein Albetus Fundator, cum ob insignem, in bello pro Caesarea Major-
tate operans, meratam, maximis dignitatibus extolleretur, divitiis ac possessionibus
cumularetur imo Princeps Frieslandiae declararetur, factum est, ut bona Moravica
venderet ac in Principatum Frieslandiae transferret; unde quoque contigit, ut Stipensis
Moravice fundatio in Gethiniensem, sive Waldicensem, Boemice transmutaretur.
Pate itaque anno sup. Divinitus Pragensi victoria, hoc A^o 1621, Fundator nostris

Olomucium, cepit, ut a in Boemiam, transferrent, et in optimo loco Principatus sui
 castro locum, eligerent. Unde profecti sunt in Boemiam ad Albertum, Fundatorem, VV. PP.
 Franciscus Prior Olomucensis et Matthias Superior residentiae Stipensis. Qui dum Gechi-
 nii Fundatores, convenirent, obtulit ut in toto Principatu aptiores, castro locum, elige-
 rent. Circumspecta itaque regione, Delincaerunt, annuente Fundatore, non ex Castuscia
 situm, sed ex toto a urbe, Gechiniensem, versus septentrionem, retro hortos recreationis
 ex regione vivarii, in editiore loco, qui sane liberrima aera fruatur et soli maxime
 expositus est. Ut quidem, ab oriente et meridie humiditates et aquarum, inundationes
 in naturalem, valem, sponte verum vivarium, decurrunt, ab occidente similiter, sed
 remotius ad occidentalem, plagam, serpunt. Solum, ab Aquilone, q̄ plaga colliculosa
 monasterio altior est, muro et fossa ducta, humiditates et aquarum, inundationes
 arcende sunt, quamvis fossa illa magna conventui circumducta ab eo omnes humi-
 ditates exhauriat. Unde electus locus benedictus, siccus, liberrimo aere gaudens,
 humane habitationi pro sanitate corporis et retinenda et recuperanda commodissimus
 ob vicinitatem, quoque urbis Gechiniensis medicinis, aliisque necessariis rebus acqui-
 rendis non parum, utilis: adde, medicum, hostilem, incursionem, ad civitatem
 vicinam, Religiosi recurrento, saevissime Declinare possunt. Quamvis ipsa Castuscia,
 quoniam, fossa et duplici muro circumducitur et in quolibet quadrato angulo turris
 edificatur, non exigua munitio futura sit, si arma et Defensores adsint. Hoc
 pro isto loco. Quae contra facere videntur non sileo: quoniam, locus monasterii
 electus pultice vise adjacet, ex regione vivarii retro hortos recreationis et vicinus
 urbi est, successu temporum, non parum, inquietus reddi posset, atque S. Castusciae
 solitudini officere, vicinissimus quoque mons acutus, etiam minus gratus, efficit,
 ex quo quicquid in monasterio agitur, facile prospici potest. Remotus similiter
 Lepicidina, arena, aquis fontalibus, sylvis: itaque Lapides, arena, ligna, Pontes ma-
 gnis sumptibus advehuntur et idcirco aedificia tarde prospicient. Hoc P. Matthias
 elector non consideravit, nimium, vivarium, appetens, quod necdum habemus, Insuper,
 si constat, si retro arcem Rodymensem, in agris, q̄ tantum, valle a Lepicidina
 dirimuntur et sic in a, Castuscia locus electus fuisset, aequalis corporis sanitas con-
 servari potuisset, multum, quieti consultum: et quoniam, Lapides, arena, Impedirent.

fontes e vicinia petuntur, ex mediocritate minores sumptus ad monasterium, extruendum,
necessarii fuissent, Insuper si in vicinissima arce Radymensi Puer et procurator subli-
-tis audientiam, praestarent, hospites adventantes tractarent, ac in villa amplissima juxta
famulos equosque reliquissent, perpetua et felicissima solitudinis quiete castusica
potita fuisset, Senique si fortitudinem, et elegantiam, aedificiorum, vel destructorum,
facilitatem, recuperationis species, seu salubritatem, aeris, commoditatem, et omnium
rerum, fere utilitatem, si haec ^{omnia} in quae species, castusica in hoc loco aedificata omnes
facile ubi vis locorum, superasset. Haec idcirco, ne posteris nostri, vel extranei defectus
quosdam animadvertendo, nostram omnium simplicitatem, quasi non providerimus
incusent, Verum, quoniam iste locus Waldicensis ad castusicam, struendam, electus
Dei ordinatione factum, esse credamus, quae circa sin amos monasterium, in pulchro
loco situm, ad electores et habitatores revertamur. Post electionem, itaque Cast^{ae}
aedificandae, locumque designatum, VI. PP. Franciscus et Matthias ad castusicam, Ol-
-omucensem, reversi sunt, indicantes PP. Visitatoribus statum rei. A quibus iidem,
Patres qui Stipra Moravica fuerant (excepto V. P. seniore Petro Digeris) ad Boemiam,
Gechiniensem, fundationem, deputati sunt, eorum autibus proprii usque supremus Praefectus
Mablowski magnus fautor Ordinis et benefactor castusice Olomucensis saepe nos
admonuit, ut accelerarent, fore ut VI. PP. Societatis ⁽³⁾ rebus suis intenti, et in magnis
negotiis expediti, praeveniendo, meliora et commodiora loca religant, quin imo ipse
Princeps Fridlandiae fundator propriis manibus scripsit Olomucium, V. P. Matthias,
ut in Boemiam, cum suis Patribus venire non tardaret. Quae litterae 15 Die oct.
1621 exaratae, hic ex Germanico translatae ad verbum ponuntur.

« Venerande in X^{to} Pater. Quandoquidem P. Visitator decrevit, ut Dominus cum Patribus
suis se Gechinum conferat, et ibidem, fundationi meae castusice assistat, rogo, Datus
in hac rem non differat, sed quam primum iter suum, illuc dirigat. Hinc mitti Dno schedu-
-lam ad Capitaneum Gechiniensem; ipse omnia necessaria quibus Datus indiget, provid-
-ebit, Ad hoc ordino, ut Capitaneus Lukovicensis Dno pecunias pro itinere tribuat, Rogo
Datus iter suum non differat, et statim, non solum, occupet vivarium, et locum, quo aedifi-
-candum, monasterium, verum listret, quod ex pagis, moleadinis et sylvis monasterio
commodum, et una cum mappa monasterii mihi transmittat, Nam, Jesuitae brevem

Gechinium advenient, et forsam aliquis Dnis commodum obtinerent. Dnus salubet P. Porez
meo nomine et omnes alios Patres. 15 oct. A: 1621, Dno addictus Albertus.

Acceptis his gravibus litteris fundatoris, quo maximam sollicitudinem, cartusiae
promovende complectentur, statim circa initium nov. Gechinium properarunt VII.
Patres Matthias Mitterer, Petrus Fischerus et Bruno Lignanus; nam V. P. Petrus Digerus
Aspaci remansit. Tulerunt autem, secum ex Moravia nonnullas reliquias et alia
quaedam subtilioris suppellectilis. Frons Stipensis campana et horologium in Olomu-
censi Cartusia remanserunt. Gechinium venientes omnia necessaria a Principis
questoribus perceperunt.

Memorabile, quod mense Dec. Gechinium venerit Georgius Dicastus Troadicus,
qui ante biennium, Administrator collegii Carolini, Frederico Palatino illegitime coronam
Regni imposuerat. Quod ipse sero ad PP. nostros litteris Datis 22 Dec. patetur. In
autographo ad verbum sonant:

Reverend^m DD. Patres. Ad vestras reverentias inter alios Patronos confugio, auxilium
- que consilium que quaero, imploro et obsecro, ut me si potestis jure, jurate et ab
justissimo exilio liberate. Potestis autem, si Deus hoc optimus voluerit, si me Albertus
DD. de Waldstein et Ill^{mo} R^{mo} DD. Principi ac Archiepiscopo Pragensi commendabitis
et rogabitis, ut pro me misero seniculo jam septuagenario apud Ill^{mos} DD. Principes
de Lechtenstein et gener^{um} G. Michman, de Waczinova intercedant, et S. C. M^o
michi propitiam faciant. Per Dominum veradico, proclamare primum scriptum volui,
neque in collegio conionem, habere volui, nec Administrator tunc temporis fui; verum
misero seniculus arte coronationem, illegitiman, invitatus cum lazymis Administrator
infelicissime factus. Sempertamen Domum Austriacam promovit. Quidquid feci, male
feci. Doleo, poenam exiliumque fero. Jam me calamus et papyrus et omnia deserunt.
Optarem, privatus omni officio, obscurus in casellariis vivere. Valet Patres R^{mi}, jurate
Dnumque pro me orate. Dab, celeri calamo in squalore et moerore, 22 Dec. A: 1621

Georgius Dicastus mpp. Super scriptis epistola talis fuit: Rmis DD. PP. Gitochivoe
Boemorum mihi in X^{to} Jesu colendissimis.

Et hoc quidem, Administrator Carolini collegii ante biennium, nostris Patribus
Cartusianis scripsit. Sic vero Omnipotentis Dei ordinatione factum est, ut supremus

Prædicans Regni Boemice, qui Pseudo-Regi coronam illegitime imposuerat; ipse
bonis exutus, a patria profugus, a religiosis nuper exulibus et publice custodie inclusis
patrocinium imploraret. Et qui omnes catholicos exterminare a regno maxime iuravit,
ipse privatus omni officio et honore, ut in obscura saltem casa in regno sibi vivere liceret,
supplicaret. Verum, ab illo tempore et nos religiosi non semel pericula hæreticorum, in
Boemiâ fugimus.

Annus Domini 1622. —

Igitur nostri tres Patres anno præcedente mense nov. Gochinim, Boemice venerunt,
accipientes annonam, et necessaria a quæstoribus fundatoris; quos hoc anno 1622 hye-
mali tempore visitavit V. P. Georgius Tæbelicus Sion Mambacensis. Sum, autem, Regem
cerneret V. P. Matthiam, minus gratum, fundatori esse, ampliori honore V. P. Petro Fischæ,
Delato, P. Matthiam, cum V. P. Brunone Viceman, abduxit, eundemque V. P. Petrum,
primum, Rectorem, Radymensis residentiam instituit, # V. P. Iodocum, Bambergensis Dioc.
Michaelen, quædam, Konopka loco Vicarii professo Mambacenses et Petrum, Henoldi
prof. in thalo Fove Franconice, Dioc. Trevis. oriundum, hi quæstor ven. Patres habitare
ceperunt arce, Radymensem. Acceperunt autem, potum, vini ex cellario Principis, cerevi-
sice ex brassatorio Dagerwenicensi. Hoc quoque anno inchoarunt lapides vehere ad
novam fabricam.

Annus Domini 1623. —

Hoc anno 1623 lapides, arena et alia necessaria ad futuram fabricam, vecta sunt. Inter
cætera vero quæ V. P. Petrus primus Rector Radymensis præstitit, maxime memorabile
est, quod anno labente 1623 binos pontes in præto prope sylvam ab aquilone Radym
conjunctit, et canalibus ligneis conclusos in Radymensem culmiam, hortum, ac prægi
publicam viam, ingenti tamen mortuum, quam subditorum, ac transeuntium utilitate
deduxit. Sum vera felix incrementum plantatio Boemica sumere visa est, eodem
hoc anno 1623, 18 Kal. Januarii. Omnipotens Deus gregem suum, visitavit, et V. P. Micha-
elem, Konopka quædam vice Vicarium, morte sustulit, superiori anno, ut dictum est,

instituit. Paulo post ex dono sua Mambacensi tres V. P. Petro in subsidium transmisit,
V. P. Iodocum, Bamberg. et... ut supra —

in Boemiam missum, ut ipse omnium primus ut cartusianorum, qui in residentia
Radymensi (nam nullus in Hefensi) ex hac vita discessit. Ven. Patris obitus soli Deo
notus; mortuus enim inventus est, verum, semper bonae vitae habitus, ad mortem
bene preparatus fuisse creditur. Sepultus est Gochinæ in Ecclesia parochiali, juxta
tunc templo V. P. Societatis Jesu.

Anno Domini 1624. —

A. D. 1624 memorabilis et luctuosus residentiae Radymensis fuit: luctuosus
quidem ob immaturam mortem V. P. Petri Fischeri primi Rectoris Radymensis, quae
contigit 16 Kal. Augusti. Fuit hic A. V. P. patris Complutinus professor Moguntinus
Prov. Rhenanae, fidei devotioni deditus, omnibus hominibus carus et pro s. ordinis nego-
tiis tam spiritualibus quam secularibus laboriosus, in diversis Domibus, quae sac-
lectionem et cantum concernunt, non paucos libellos eleganti manu descripsit. Rector
Radymensis inter cetera opera aqueductum memoratum procuravit, qui absque canali
lesione arci Radymensi et pago vias aquas largiter subministrabat. Demum, hoc anno
profectus est V. P. Ragans ad Fundatoreum, pro negotiis Domus, quod illi fatale fuit, nam
aliquot diebus post ob preces fractus, ut putatur Praeae conestabos, ex hac vita disces-
sit, in agno dolore Fundatoris. Utinam benivolentiam, etiam post obitum, monstravit
exequias celebres curans, omnibusque suis Nulcis comitantibus, in Ecclesia V. P. P.
Augustinianorum, sepeliri fecit die 17 Julii.

Post obitum V. T. Petri Fischeri Rectoris Radymensis, V. P. Sodocus vices Rectoris
aliquot mensibus egit ac incepit aedificare officinam laterum, atque tegularum, juxta
vivarium in Wallenra monasterium. Sed brevi post a V. P. Commissariis Prov. ad
Domum professionis Mambacum, revocatus est. Theaurum subtilioris cujusdam suppellec-
tilis a V. P. Michaela et Petro, Sodoco avvocato, V. P. Petrus Arnoldi, in Radymensi preside-
ntia solus relictus sit, aliquantum debilis ex membrorum contractione.

Eodem igitur anno 1624 mense sept. a V. P. Visitatore Georgio secundo Domus
Radymensis Rector huc missus est V. P. Philippus Busseck nobilis Saxon, prof. St. Herbi-
polensis Franconiae Prov. Duce. Berolensis oriundus. Una cum illo missus est V. P. Hanns
Fischerus Pachgensis silesius prof. Mambacensis Prov. Austriae. Hi duo Patres 22
sept. Radym. pervenerunt. —

Eodem a^o 1624 mense nov. Pragae Fundator in aedibus suis litteras quasdam fundati-
onis Waldicensis dedit, quibus nostris assignavit imprimis arcem, Radymensem cum
adjacente nobili villa, agrosque in fertili sane loco sitos, piscinas, sylvas, molendina
et alia quaedam non contemnenda: insuper pecunias annuas et cerevisiam, ex braa-
loris Segewenicensi. Hanc inquam traditionem, Pragae sub signaturâ, cum V. P. Rector
accepisset, acceptare ausus non fuit, partim quod tantares obique rite visitatorum
transigi non posset, partim quod pro tot personis redditus haud sufficere ob defectum
immobilium, suppeditavit: unde ut amplissima fundatio et esset et diceretur, plura
tam V. P. Rector, quam V. P. Georgius Paeselius ex immobilibus adicienda, petierunt.
Ad postulata magnanimus Principe gravissimis Imperii negotiis implicatus, graviter
respondit Rectori primo sufficienter dotatam fundationem sibi videri, qua contentos esse
opporteat. Data epistola Pragae 16 Dec. A^o 1624. Eodem praerexemplo litteras ad visitato-
res, dedit; verum anno sequenti sept. nisi error scriptoris. Sensus litterarum est: Sicut
semper Visitatorum (scilicet Georgium Paeselium) visum, mirari autem, quod juxta
concordia contentus non sit. Petat itaque ut se resolvat, an fundationem, acceptare velit,
ut si ab eo repudietur, ad alium ordinem, translatis a se resolvatur. 9 sept. A^o 1625.

Annus Domini 1625. —

Hyemali tempore V. P. Petrus Arnoldi (de quo supra) ob debilitatem, contractionis mem-
brorum, remissus est ad Domum, Maerbacensem. In locum ejus missus est V. P. Mar-
tinus Wodicka Moravus Muglicensis, Dioc. Olomucens, ejusdem Domus prof. in Domo
Brunnensi hospes, qui venit Radym, 16 martii.

Mense augusto V. P. Philippus Rector profectus Viennam, ad visitatorem, Georgium
Paeselium, et abduxit secum, V. P. Adamum Pachyensis, quem anno superiori secum
adduxerat in Radym. Verum, redeunti datus est socius V. P. Thomas Lucius Hiskadensis,
Dioc. ejusdem, prof. D. Ratisponensis Franconiae Prox^{ae}, qui Radym, appulerunt 27 aug.

Eodem anno (aut certe superiori) ex 2 domibus Rusticorum, Wencestai Kolin, et
Malthaei Porvatorae, inter medias piscinas ad Petus, jacentes prope templum, Roband
Dworzgen, aedificatum, est praedium, et bona caeculta. Coetero qui fuit hic annus 1625
funestus Cartusiae: dum enim, nostri, plura et stabiliora loca peterent, et Fundator
recusaret, factum est, ut quaedam praesertim pro an. consilio, superioribus suggererent

atque informarent, fundationem, et plures inconvenientias et non sufficientem, immobili-
-um, dotacionem, non esse recipiendam; unde R^{do} P^{ro} Generalis Bruno ad varias Deveris
incommoditatibus persuasus, dedit hoc anno 1625 licentiam, V. P. Visitatoribus, nostros
Patres revocandi et fundationi renuntiandi; quod anno sequente contigit. Interim, autem,
-nali tempore Illustris S. Gerardus de Laxis Baro ex Luxemburgensi Ducatu oriundus, su-
-premus Profectus Principatus Friedlandice, magnus Sactor Ordinis et Cartusie hujus favore
et consilio benefactor mirificus, in residentia Radymensi convenit v. P. Rectorem, et duos
de negotiis hujus domus confabularentur, monstravit ei, vice Dⁿⁱ Rector Chartar, capi-
-tuli gen. ubi specialiter pro fundatore Alberto per totum Ordinem preces indicantur. Qui
verba chartae descripsit, et litteris ad Fundatorem, datis inseruit. Quae verba Fundatoris,
Ordini additorem, reddiderunt, Litterarum, vero tenor prosequens: se (Gerardum) insinua-
-re voluntatem, Principis, fundationi nihil ultra additurum. Ad quibus sibi intimatum,
ut dignaretur sua Celsitudini indicare, Ordinem, cartus. fundationem, neutquam, spernere
sed cum omni gratiarum, genere prosequi, quod inde constat: quoniam, per totum Ordinem,
annuatim pro fundatore sacrificia indicta sint. Quod autem, aliqua fundationi addi
valint, rationes tales adferre v. easque subjunxit. In fine litterarum, addit: Idem, ces-
-s. Majestas interrogaret Tiorem, mambacensem, de statu Cartusie Boemice, respondisse,
in his duntaxat memoratis a se defectum, sentiri, difficultatemque oriri. Hae litterae
datae sunt Gebinii 22 sept. anno hoc 1625, et quidem, si Fundator statim, recepisset,
ad omnia forte ammissa, nec nostri, revocati essent. Valde enim, eorum, ferventem, et ad
omnia annuenter, gratitudo ista precum, totius sac. Ordinis reddidit. Verum, litterae
istae supremi Profecti aut interceptae fuerunt, aut tarde pervenerunt: quod idem, Illustris
S. Gerardus Laxis Baro aliis litteris ad Rectorem, Philippum, 10 nov. datis, satis dilucide
significat. Quae ad presentem, rem, facere videntur, libet autographo integras subiicere

Salutem, a D^{no}. R. d. P. Rector una cum, obsequiis meis. Litteras R. vestras recepi,
Quod statim, responsum, non dedi, in causa fuerunt negotia, quibus obnox. Litteras a
Principe per nobilem, quemdam, suum, mihi missas recepi, quibus petit, italicum, vinum,
quod hic esse putabat, adversus podagram, sibi mitti. Conqueritur nullas adhuc unquam,
a discessu Aegra a me se habuisse litteras, cum, toties mediis, ad noctem, usque lucubr-
-ando in his scribendis laboraverim, usque ad taedium: interceptae sunt haud dubie.

Copiam quam retinueram earum, quae Ord. R. P. Vestrae concanclant, verbo tenus iterum describam, et ipsi eas nunc ut spero, series per hanc transmittam. Consilium a me quaerit R^{mo} vestra an me mihi videtur seure visa comere posse? em ab meo iudicio certe. Non enim puto, Ill^{mo} Principem, ullo modo passurum, ut Ord. ille a terris suis abeat, et spero eam petita omnia concessurum. Deus dignetur R^{mo} vestrae sanitatem integram restituere et diu conservare, Insuper quoque a longe, quod rustici possint, missitent; videntur enim, dira misari, quod eventat Deus, cujus gratiae nos, simulque me R^{mo} vestrae precibus commendo.

Gitschini 16 nov. 1625 R. P. Vestrae animus amicus et servitor, Gerardus de Laxis.
In his manifeste patet, quam singularis et singularis amicus Ordinis Illustris D. Gerardus supremus tunc Praefectus Ducatus Friedlandiae fuerit. Qui etiam totius h. Ordinis participationem, obtinuit. Verum quandoquidem, antequam R. P. Generalis a quibusdam de insufficienti a Cartusiae Boemicae informatus fuerat, commisit V. P. P. Visitatoribus, ut Patres revocarent et fundationi renuntiarent. Idcirco anno praesenti, mense Dec. conveniunt in Gemmae V. P. P. Hilarius Prov. ibidem prof^{us} Cartusiae in Althaus, Prov. Transonica ex Ducatu Mecklenburgensi oriundus, recentior visitator institutus et Georgius Faesclius convisitator, ut commissionem R. P. Generalis exequerentur, quod sequenti anno contigit. —

Annus Domini 1626. —

Kal. Januarii A^o 1626 V. P. P. Visitatores in Gemmae jam praecedenti mense congregati, litteras ad Principem Friedlandiae miserunt plenas officii et gratiarum actionum, quibus significaverunt sibi commissum, esse a R^{mo} Petro ut propter maxime in Imperio ingruentia bella, Patres in residentia Redymensi extra cellas habitantes avocent et fundationi renuntiarent. Pro maxime vero beneficiis exhibitis gratias agentes, et ut Benefactor perseveret, obsecrantes. Datae sunt litterae in Gemmae Kal. Januarii A^o 1626. Prinde Patribus nostris in Boemia residentibus obedientia missa est, ut ad Ordinis Domus redirent: V. P. Thomas Lucius Mausbacum, V. P. Martinus Brunnam. Verum, receptis his litteris, Vicedomus nuntium misit ad V. P. Visitatores, quatenus permitteret Patres remanere in residentia Boemica, sed per eundem nuntium recedens datus obedientiam misit, multo magis discessum urgentem. Unde statim hinc

discesserunt V. PP. Thomas et Martinus & Martinus, in vigilia Annuntiationis Domine
destinati ad domum Sapaensem. Pater autem, Philippus Rector tantisper remoratus
est, donec inventarium, conficeret et commode cum, clavibus traderet. Supremus Profe-
ctus Gerardus de Laxis Pragae, ante discessum nostrorum, profectus fuerat. Die
itaque 30 martii A^o 1626 P. Philippus Rector Consistorio Gistebinensi Principis
se representavit, ut ipse et consilarii litteris ad D. Laxis datis testantur, quae
translatæ ex germanico sic sonant:

Illustris Baro, gratissimè summe Profecte, Obsequiis nostris debitis proemissis
negimus sileere, hodiernà diè R. P. Rectores Ordinis Cartusienis Pradymii huc in
conspectum nostrum, venisse Consistorii consiliariorum, qui indicavit, quod ex severo
et supremo Superiorum, nostrorum mandato in scripto sigillato recepto, compellere ab eis
Pradymum tradere, ac ad Ordinis voluntatem, ad locum destinatum, sibi conferre;
petiit, inventarium, et claves domus ubi hactenus vixerunt, exceptoremus. Quamvis
vero idcirco nos majorem in modum excusaverimus, nihilominus predictum
Patrem, Ecclesiasticam, Ord. personam, in proposito impedire haud quaquam potuimus,
ut sic claves una cum Inventario in Regentis domo remanserunt ante oculos super-
mensens positæ. Ut quantum ex ipso cognovimus, Pragae versus iter suum dirigit.
Mittimus itaque per presentem, nuntium, claves dictas cum Inventario; et quidquid
jam propter Principatus supremum officium, ordinaverit, quomodo videri debet cum
subditis dicti Ecclesiastici boni, cum ordinatione pementi actualis (quoniam
tempus advenit) et cum omnibus rebus ita de rebus agendum sit, expectamus reso-
lutionem, justa quam ex debito officio procedamus. His gratias Dei nos commendantes,

Dat. raftim, Gistebini 30 martii A^o 1626. N. N. Prociens et consilarii Consistorii
Principatus Pradymici. Concordat cum originali. Gerardus de Laxis.

Ut hic fuit modus renunciationis Boemice residentis A^o 1626. Sic essit
vero V. P. Rector Praga Viennam, cum curru & equis, famulo Balthasero et
auriga M. Hasellach, Mambacique in Cartusiam permansit cum iisdem, usque ad
chantam, Capituli gen. Recepta charta adhuc preces profundatore indicantur per
totum Ordinem, unde constabat fundationi Boemice nequaquam a Capitulo generali
esset renuntiatum, sed robur suum adhuc pristinum, retinere. Remissus igitur est

V. P. Rector ad residentiam Radymonsen, ibique solus permansit usque ad 15 dies
sept. atque mox in Radym in gravissimum morbum incidit, etiam a medico desper-
atus. Verum, VV. ac egregii Patres Societatis (J.) ad seⁱⁿ urbem, assumpserunt, ac maxi-
mam sanitatis recuperandæ curam adhibuerunt.

Eodem anno 1626, pellificatio mori in Prussiam, et adjacentem Cassubiam
navibus vecti, omnia tabarunt. Hinc V. P. Joannes Reffius Prior Castusie Paradisi
B. X. M^o prope Gedanum, Patribus binis et binis obedientias dedit, ut se quo cumque
ad tuta loca maxime viciniore Castusias conferrent. Quinque primo discedentes per
majorem Poloniam, Pomeraniam ab Illustri Barone N. a Princesstein ad comitatum
Wartenbergensem, in Silesiam ducti sunt, transiente eodem tempore Dominia ejus
Cæsaris exercitus. Ipse commendatitias litteras ad generalem Albertum Fundatorum, Castusie
Waldicensis dedit; qui binos nostros missos ad man, castusiam invitavit. Patre mutante,
subdit: si Nurembergum vellemus, nominis Regensi itinere tuto fieri posse. Largitus
insuper 50 Imperiales et patentes impressas, quibus nomina nostra inserta sunt, VV. PP
ac Fr. Joannes Ceding Cothemiens, vicarius prof. D. Moguntine, proce Rhonance, Dioc. Ger.
Georgius Heuseus Sigeladiensis Dioc. Moguntine prof. Paradisi; B. M^o prope Gedanum,
Fr. Casparus Binsfeldius Dioc. Hevic. prof. ejusdem, Dominus, Diaconus, Fr. Franciscus Russus
Dioc. Leopoldiensis, prof. ibidem, subdiaconus, Fr. Hermannus N. Dioc. Paderbornensis, novitius
in quibus quomodo tres ad Castusiam, dicti Fundatoris postea pervenerint mo loco patet.

Eodem anno 1626 V. P. Thomas Lucius Agypaco remissus est ad residentiam Radym-
onsen, quo 15 sept. pervenit, invenitque V. P. Philippum Rectorem adhuc apud
RR. PP. Societatis egrotantem; quorum singulari cura et diligentia ex periculo mortis
ereptus est et pristinae sanitati, Deo largiente, restitutus. Die 22 oct. in festo SS. VV.
Ursulae et sociarum, ejus venit Radym, Olomucio missus V. P. Joannes Pomeranus prof.
ibidem; Hujus V. P. mater a linea, avia vel proavia, soror fuit illius notissimi ac
eruditissimi viri heretici Philippi Melancthonis, Martini Lutheri adjutoris et succes-
soris potentissimi.

Hoc A^o itaque, Fundator nobis plurima bona immobilia in dominis Combergensis
et Pechyensis contulit.

Annus Domini 1627. —

Annus D. 1627 fuit castus ac Waldicensi sanctissimus sicuti procedens infelicissimus. Hoc praesenti anno fundatio plura consecuta est, quam reliquis omnibus. Fundator Du Guehinii in hyeme viveret, pro novo anno, nostris donavit 500 aureos florenos. Item circa initium hujus anni in dominio Peckzensi scabite praedium, fundationi adjecit nova-villa dictum. Item aliud praedium propinquum, Sjernim uncupatum. Hoc a. 1627, ex lapidibus et materia proteritis annis congregatis, fundamentum Prioratus jactum est, Fundatore adhuc Guehinii residente. Verano tempore dum ad bellum proficere vellet Fundator, donavit monasterio Braxatorium, Peckense (nam antea cerevisian, nunciat ex Braxatorio Degereriano) quod pecuniarios redditus auxit. Pro aedificiis hujus anni 3000 data sunt, futuris annis 10000 danda sunt. Proinde monasterii locum, delineavit Andreas Spezza Architectus quo praestantior, Italia non habuit. Hic Principis Alberti architectus fuit, origine Mediolanensi. Tabrice vero nostrae navigavit architectus, pater ejus Joannes Spezza. Lapidibus aedificatis a Maria, Helvetus Olomucii ab haereticis cum nostris Fetibus in custodia detentus. Fabri lignarii Jacobus et Wenceslaus ex pago Lucimensi, subditi.

Octobri mense V. P. Philippus Busseck, Rector profectus est in Austriam ad V. P. Visitantem ut vel ipsi venirent, vel commissarios mitterent pro amplissima fundatione accipienda, partim etiam, ut plures ordi personae ad novam plantationem adduceret, viamque compereret.

Interea temporis dum in aedificiis Prioratus trabes in altum, laboratores attraherent, lamentabilis casus contigit: ex insigni pago Mediana Balthasar subditus dum a circumstantibus moneretur ut sibi caveret, non attendens, ad eidente trabe in terra stans miserabiliter capite colliso, confractisque membris statim mortuus est, relictis filio et filia, uxore, qui Prioribus tristi casu commendati sunt.

Kal. novembris in solemnitate omnium sanctorum, V. P. Rector ex Germanico V. P. Visitatore Hilarione hos sibi PP assignatos curam abduxit, nimirum, V. P. Joannem Claving, P. Casparum Binsfeldium, diaconum, et P. Franciscum Reussen, subdiac, qui anno superiori (ut dictum est) ex castro Paradisi B. M. in Prussia hostiliter gladium fugientes, ipso Fundatore Alberto suessore, iter minus Pragae, direxerant, ubi V. P. Rector Societatis (J.) et alii graves viri et PP. suggererunt, ut propter amorem caritatem, in Imperio et in illos Nurnbergae

Supremus et Generalis Campi Capitaneus. Notum facimus tenore presentium, universis
et singulis, cum, sacro testante eloquio, hic viatores et peregrini existentes, non habeamus
civitatem permanentem, sed futura quam firmiter credimus inquirenda sit. Ideo expedire
et summe necessarium, censetur, ut dum ante hujusmodi proscriptis peregrinationis nostrae
itineris ac interuallo momentaneo, ea seminemus in terris, quae cum multiplicato fructu
metere et colligere valeamus in caelis. Haec omnia sollicito animo revolventes,
diligenterque cogitantes, quo pacto omnipotenti Deo ex facultatibus temporalibus a
Divina benignitate nobis concessis, fieri aliquod ac dignum obsequium, preparare
possimus, quod nobis adhuc inter vivos viventibus, existentibus vigeat, et post vitae
hujus nostrae vicissitudinem non minuat, sed firmum ac constans permaneat, delibera-
tissime mature habita, certo quod nos constituimus in praescripto modo et spiritali lucas
talentum, a coelesti Patre amicum nobis committimus, aliquo et altem cum fenore sicut
servum Dei fidem, Deo reddere. Ideoque ad honorem omnipotentis Dei, necnon specia-
lem memoriam, cultum, ac venerationem Invenitae Matris Virg. M^{oe}, monasterium no-
vum Ordinis Cartusii in Ducatu nostro funditus erigere, erectumque bonis temporalibus suffi-
cienter et cum effectu dotare duximus; prout id ipsum, hisce nostris litteris, animo delibe-
rato ac provido, voluntarie ac spontanea, omnibus melioribus modo, via, jure et forma,
quibus de jure fieri debet ac potest, ad Divini cultus augmentum fundamus, erigimus, et
in perpetuum dotamus, conditionibus ac modis jam sequentibus: Imprimis Ordini
huic Cartusianorum, pro habitatione commoda, construendaeque monasterio locum, non
procul a civitate nostra Gitschin prope Walditz, quod ex eo Waldicense mancipabitur,
cum quibusdam agris ac pratis delegimus et assignavimus nunc et futuris temporibus,
libere sine ullius hominis contradictione vel impedimento utendum, fruendum, Quoad
fabricam hujus monasterii vigore presentium, nos, nostrosque haeredes et successores
(casu quo Deus nos ante absolutam fabricam, ex hac vita auceat) obligamus obligatos-
que volumus ut anno nunc fluente ad aedificium, hoc auspiciandum, e redditibus nostris,
3000 flor. tribuantur T. Ruri, Per decem vero sequentes annos continuos, ab instanti 1628
inchoando, ad usque 1637 annum, ex propriis nostris nostrorumque successorum, cere
10000 flor. quorum quilibet pro 60 miferis computatur, singulis annis numerentur
et in hanc fabricam, visum autem, ita ut tota haec summa per decem, insequentis annos

100 000 flor. confluat. Quibus expositis et acceptis ulterius hujusce cereis pensis non exerescet. Et quoniam certissimum est, non contemnendam pecuniam ex usu, puncta et intradis fundorum, illorum, quos (ut modo subsequetur Patribus et Fr. Carthusianis in sustentationem corporalem cum tot pertinentibus villis, pagis, molendinis, piscinis, sylvis, singulis annis supermansura esse maxime ab initio, quando numerus religiosorum adhuc est exiguus hoc ipso ordinamus, ut non minus hoc superabundantia quomodominata 10000 in splendidiorem, hujus monasterii constructionem, et in nullam aliam rem omnino collocetur et convertatur. Pono quod attinet fundos illos, quos ad sustentationem corporalem et civiter personarum predicti Ordinis, propter quorem, et procuratorem, deputavimus, tribuimus ipsi ac libere donamus: arcem Radym vocatam cum adjacentibus villis quarum altera prope arcem, altera prope Robans, una cum annexis pratis, hortis et 12 pagis: Radym, Studian, Lhan, Sobieraz (huc assumpto Rustico Janik nominato una cum equis olim ad domini nostri, Subilibez spectante) Luzim, Zdiar, Kyge, Plaweznicz, Augedecz, Clannek, Strupanicze et Zbozy dictis, eorumque subditis, villis, censibus aliis que jurebus ac pertinentiis. Item tria molendina superius et inferius in pago Luzim cum 4 rotis, piscinas vero 4, quarum una dicitur Packsch-
-wostki, altera quae templo pagi Robans subjacet cum fluvio ad has 2 piscinas ex sylvis Radymen, partim per agros et prata domini nostri Subilibez, partim per Carthusianorum fundum habente, tertia major, quae pago Studian adjacet, quarta prope molam inferiorem in Luzim, sylvas itidem 4, quarum una incipit a casula Strand-
-koveski supra Radym juxta arva Radymensia ad pagum Lhan usque inde supra pagum Clannek et campum arva Luzimensem, 8 jugerum, ut signa crucis in demora-
-tant. Altera vero penes sylvas illas nominatas sita est, in circuitu Lhan, a pago Lhan ad pagum Clannek per Kalkas ad pagum Augedecz et arva Siemnoska 12 jugerum. Tertia Clannecensis et Zbozensis dicta constituit 9 jugera, incipitque a monere Karalski et tendit circa montem Kumburg ad usque officinam calcei, hinc eadem via se protendit ad arva pagi Ludo; hincque ad arva Clannecensia, inde usque ad viam quae ad arcem Kumburg ducit: indeque se porrigit, viam im-
-tendit ea via quae ad pagum Zbozi itur, perque eadem arva rursus ad monu-
-cilum Karalski recipiat. Quarta sub pago Kyge 5 jugerum, incipit a sylvis

Societ. Jesu, tenditque declivis circa sylvas dictorum Patrum usque ad arva Plantuchiez :
hinc usque ad campos Zdiarenses; indeque rursus, modo nominatorum, PP. sylvas attingit
¶ Ut autem tanto melius dicti Patres Cartusiani sub provisione suff.ienti sacris queant
invigilare, adjicimus illis ex munificentia nostra Ducali ad procedentia bona, arcem
Peczka cum, officio ejusdem nominis; itemque pagos 11, chota, Stankowi, siewa Wido-
miez, major Borowicza, Wiedchowa, Wiedchowicz, Stikow, Biela, Radkynieczy,
Germis et ^{pmci} Stuporei, itemque predia 4, unum in Peczka una cum, orila, 2^{um} in
Medargich, 3^{um} quod dicitur nova-villa, quartum, Germis, una cum adjacentibus
piscinis tam majoribus; quarum una nova, altera Wosniczki dicitur, tum minoribus
quarum illa superior, haec inferior, nomine Dulitschkin prope praedium, Meühoff,
tertia Radymach, itemque 2 medietates prope villam, Germis sitae, rursus alia piscina
Wosnich dicta, alia Zakopski et tertia Bahniwy vocata. Quibus adhuc alias 3
piscinas prope praedium, Medargicz adjicimus, quo pertinent et fluvii seu rivus numero
8, primus dictus Krakowicz sub arce Peczka scaturiginem suam habens et in sylva
Krakowska pagum quadrantem, milliaris usque ad pagum Biela tendit, Alter incipit
in pago Stikow et fluit per quadrantem, milliaris usque in eundem pagum, Biela.
3^{um} originem suam habet in arvis Borowicenis et decurrit in fluvios super Mi-
chowicz usque ad confinia ditionis Lomniez per 4 stadia. 4^{um} in pago Borowicz
in ejusdem pagi summitate incipiens, delabitur per quadrantem, milliaris ad
pagum usque minorem, Borowicz, 5^{um} scaturiginem suam habet in medio pago
siewa Wydoniez ad molam ejusdem pagi per 5 jugera. 6^{um} incipit super pagum
Muerenei et fluit deorsum usque ad viam, qua a Peczka versus Seckorniez et
novam-Peczkan, tenditur, 12 jugera. 7^{um} erumpit ad sylvam, Phaffen-busch
super pagum Wydoniez, et incipit in piscinam quandam, minoris Borowicz, qui
dicitur Schkworetsck per 10 jugera. 8^{um} incipit ab eo loco, unde aqua ad Petri;
quondam Schkosti molam, asserum, deducebatur, et decurrit usque ad molendam unam
in novo pago, quod Seckovicense dicitur: quibus adjicimus et molendina in eodem
dominio constituta, numero 5: primum quidem arce Peczka subjacet cum, una
rota, alterum in pago Biela cum, 2 rotis, amena etiam, mola ad scindendos
asseris, ubi molitor quotannis 3 sexagenas huncorum, magistratui in asseres secare

tenetur. 3^{um} molendinum, unius rote in pago Stupney. Residua duo ad novam villam
sita: quorum prius Kantowski dicitur, ubi et mola ad sciendos asses annexa est.
Alterum, Lechowski vocatur, omnia haec cum juribus et pertinentiis, quas olim ipsi
habuimus, sine ullo cuiusque hominis impedimento. Item, sylvas 9: una quae vocatur
Sey Kernize 1 jugerum, altera dicitur Krakowka 2 jugerum, tertia Wodnozia, excepta
ea parte, quae ad communitatem Bieta pertinet, una cum parte sylvae Orlo appellata,
triens, plus minus jugerum. 4^{ta} super pagum Radzyne tangens area pagi Huzejd
s. Poamis, unius jugeri. 5^{ta} super piscinam Medarzyg unius jugeri. 6^{ta} quae dicitur
Zelinka, sylvarumque Krakowka attingit, 2 jugerum. 7^{ma} incipit a Woznich-Kash-
urka et tendit usque ad pagum Bukowi, triens jugerum, 8^{va} dicitur Bulicze, quae
novae villae adjacet, 3 jugerum, 9^{na} prope pratum Kowargovski, quadrante unius
jugeri constans. Sola nobis curifodina tantum super pagum Stupney sita, una cum
sylva Zlotnicze et reliquis circuitu jugerum circiter unum, constituta, nobis reser-
vata. ¶ Quod vero latoniam illam, ubi lapides molares caduntur, concernit, quon-
iam vis ex eo quod ab initio illam, nobis reservavimus, omni jure ad nos spectat, tamen
dictis castusianis Patribus hoc indulgemus ut ad molendinorum, morum in Dominio
Peczka et Radzyne usum, lapides molares istidem potentat, nihilominus pretio, quae
nosmetipsi ibidem persolvant. ¶ De reliquo totum hoc Dominium, eis liberum relinqui-
mus, adeo ut si quis futuris temporibus propter debitum, aliquid vel aliam
qualemcumque postulationem, illud occupaturus sit, castusiani repediti in duo nos-
tra Dominia Bulicze et Hozyig nuncupata eorumque praedia, villas, pagos, piscinas,
sylvas et alias quasunque pertinentias, prout illas omnes nosmetipsi jam possidemus,
intromittere sese possint et debeant: isdemque tandem sine cuiusquam impedimento usu-
sui, donec Dominium Peczka ab omnibus oneribus liberum, et immune ipsis restitu-
tum fuerit. ¶ Denique cum et collatae in eisdem supra enumeratis fundis numero 5
vicariantur, quarum prima in Radzyne, altera in oppido Peczka, tertia in vicino Wy-
donicz, quarta filialis Ecclesiae super pagum Stupney, quinta in medio campo novae
villae, et has 5 auctoritate prima ac stabili repeditis P. castusianis donamus ac relin-
quimus. Et ita omnes hactenus enumerati fundi una cum suis pertinentiis, prout a
plurimis hominibus posteritatis causa visi, lustrati que sunt, ipsique lapides terminales

testimonii gratia positi, ostendunt, tam ratione dominii, quam usus fructus ad Cartusianos pertinere, ita tamen, ut nobis expresse in iis reservemus jus superioritatis, et ut controversiae in rebus temporalibus, quas cumque personas eae concernunt, pro rei convenienti conditione, vel prima statim, vice quod nos, vel coram iudicio a nobis, nostrisque heredibus ac successoribus constituto ac constituendo ventilentur, vel si in prima instantia quidem, determinatae sint, una vel altera pars tamen gravata, resentiens, ad nos tanquam supremum iudicem, vel locum tenentem nostrum devolvatur, et prorsus in nullo alio quam in nostro foro, territorio et Ducatu determinetur. § Sic venationem, quoque tam, quoad majores quam, minores feras, nobis nostrisque heredibus ac successoribus reservamus, volumus. § Et quo commodius nominata P^{te}. Cartusiani sustentare se possint, donamus illis et hanc potestatem, ut braxatorium in dominis Peczka erigere aut reparare, ibidemque cerevisiam coquere, perque suos pagos distrahere ac vendicare possint, absque ullo nostro, heredumque aut successorum nostrorum, impedimento. § Quod ad Bernas attinet, vel contributiones, quae fundis et subditis in hoc Boemico regno solent imponi Caesareas vel Regales, ipsi et Cartusiani a subditis suis exigere et in urbe Gistchimensi quocumque nostro teneantur. Ad Ducalibus vero quas nos nostrique heredes et successores injungemus prorsus tam, subditi quam, ipsi religiosi erunt exempti et alieni. § Tandem, vero ne religiosi rerum penuria laborent, sed ut monasterium, hoc in dies tam in temporalibus quam, spiritualibus majora sumat incrementa, nostraque pia intentio ita promoveatur, et in perpetuum duret, monachis ibidem habitantibus assignamus mille florenos, quolibet per 60 annos computando annuatim a nobis nostrisque heredibus ac successoribus ex nostri Ducatus redditibus ad geminos terminos persolvendos, quo ad dimidiam quidem partem, 500 florenos, scilicet ad festum s. Galli anni modo habentis, et quo ad alteram dimidiam ad festum s. Georgii subsequens anni 1628 incipiendo. Hoc ipsum autem, etiam a nostris heredibus et successoribus infallibiliter singulis annis, temporibus destinatis praestari volumus, adeo ut si terminos hosce unum, vel alterum, justo tempore non acceperint, potestatem habeant Cartusiani hi immittendi se in Dominium nostrum Kopylno nominatum, quod una cum pertinentiis suis sine ullius contradictione et impedimento, tam diu possideant, et usufructum exinde capiendū detineant, donec illis per omnia satisfactum fuerit. Quam

quidem summam in sequentes usus et non alios converti volumus, ordinamus et dispo-
nimus: videlicet quam primum, singulis annis hos mille flor. perceperint, statim ea
pecunia in censum rempitiuum in aliquem certum locum (extra nostrum, ductum tamen
cum inhabitatores, Barones, nobiles et officiosos gravari eere alieno volumus) dari
et locare tenentur, huiusmodi census annui 60 flor. proveniant. Quam pecuniam
sequenti usui destinamus: primum ad magnam Cartusiam annuatim dentur 10 flor.
et si quidem redditus monasterii propter accessionem mille flor. singulis annis per 60
flor. augebantur, volumus ut hi ipsi quoque Cartusiani annuatim adhuc 10 flor.
magnae Cart^{ae} insuper tribuant et persolvant, nempe ut inchoantes primo anno dent
10 flor. 2^o 20, 3^o 30, 4^o 40, et sic consequenter annis succedentibus. Durante hoc
monasterio Waldicensi, alii atque alii 10 flor. pro magna Cart^a dandiferunt. Ceterum
ut constet in quemnam usum proventus istos mag^{ae} Cart^{ae} cadere volumus, hoc nota et
studiosa dispositio et pius desiderium: Decernatur et eligatur altare unum in ecclesia mag^{ae}
Cart^{ae}, et major pars huiusmodi reddituum pro fabrica et ornamentis eiusdem altaris appli-
cetur, et in eo singulis (annis) diebus missa una pro vivo, dum superstites erimus, et post
mortem pro defuncto in animae nostrae refrigerium celebratur. Reliquam, vers huiusmodi
proventuum partem, Prior magnae Cart^{ae} eo, quo sibi in D^{no} optime visum fuerit, conver-
tat. Proterea ordinamus, ut pro census huiusmodi stabilitate atque certitudine
persona aliqua ex ipsa magna Cart^a a Superioribus ord^{is} deputetur, cui Prior monast-
erii Waldicensis singulis annis rationes suas transmittere, plenamque informabonem
dare teneatur: ubi cum et apud quos pecuniae hae rempitiuae (quas nulla proorsus ex
causa quae humanitus excogitari potest, alio quam in censum rempitiuum, converti et
expendi volumus) existant, ne ita propter incuriam forte Prioris soepedictum monast-
erium in proventus suis aliqua patiatur detrimenta, quod si enim aliquando idem Prior
Cart^{ae} Waldicensis motus aliqua etiam urgentissima et inevitabili necessitate supranomi-
natos flor. annuos in censum non elocaverit, sed in aliam quamvis gravissimam suam
et conventus sui necessitatem expendit, italem tanquam foundationis nostrae transgresso-
rem R. P. Generalis ord^{is} severe animadvertet, et ut illud quod intermissum est, corrigatur
ac instauratur, pars sua prudentia et pietate providebit. Quantum vero ad reliquum, et
quidem majorem horum proventuum partem, attinet, annuis sibi est quingagenos, qui

Defalcatis istis decem remanebant, hosce poterit idem Prior Waldicensis cast^{re} in quosvis
usus necessarios sui conventus, necnon elemosynas adhibere, atque de eis pro suo arbitrio
disponere, praesertim vero cum per anniversariam adjectionem, horum 50 flor. tempore mo-
in eximiam hi redditus summam emergent atque excrecent, ita ut dispositis ac proce-
-uratis omnibus necessitatibus totius conventus, portio haud aspernanda remansura sit.
Subemus ante decennium, elepsum, de illa residua pecunia in nullos alios usus quidquam
expendi quam, fabricae monasterii nostri, ut hac ratione domus sacra et durabilis et
speciosius ac magnificentius sicut erigi, ita ^{quoque} conservari queat. Cum, vero sexagenimio
Adini sufficienter ut speramus hac ratione provisum sit, et praeterea hoc ipsum monas-
-terium tum pro nostri tum, nostrarum, conjugum sepultura elegimus, Destinaverimusque
ordinamus ut cartusiani illi non tantum anniversaria perpetua sub diebus obitus
celebrent solemniter; verum, etiam missam, singulis diebus pro nobis, conjugibus que
-tum vixerimus; post mortem, vero pro animabus nostris devote ac religiose peragant.
Ad itaque suprascriptis modis, satis expressum esse confidimus, quae nostra sit voluntas
de supradicta milleflor. summa, qualiter acquiri, augeri et cum ea ut et redditibus
inde provenientibus agi, fieri, disponi et prociadi oporteat. Quod si quis ex nostris here-
-ditibus et successoribus, vel quibusvis aliis secus fecerit; Disposuerit et processerit, quae
a nobis praesentibus litteris intentum, Determinatum, et expressum est, aut talia agentes
cum debuerit aut potuerit, non impedierit, Deum, justum, Iudicem, interfellamus et
-oramus ut de talibus aut tali eandem, illam, poenam, et ultionem, repetat, quae sumpt-
-uus est in illa die vice suae de bonorum, clericorum, usurpatoribus, et iniquis
-eorum, detentoribus, siquid enim in qui huic nostrae intentioni contraxerint, tanquam
violatores fundationis et nefarii criminis complices merito habendi et censendi erunt.
In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem, et robur nos haec de manu propria subscrip-
-tas, sigillaque nostri Ducalis majoris appositione communitas litteras, nostrae Cancellariae
-Actis interseri ac Patribus Cartusianis exemplar praebere iussimus. Dabantur in urbe
nostra Gechinio ad rivum Gydlia die mensis Dec. 8, A^o 1627

Albertus Dux Friedlandiae, mpp. L.S. Stephanus Tigenius

Cancellarius ad mandatum suae celsitudinis proprium, Georgius Graff ab Ehrfeld

Secretarius mpp. —

In quibus litteris fundationis recitatis profecto liquet, ditissimam Castusiam, pro
tam exiguo numero personarum, esse, et sane nobilissimam fundatam, si propria bona Illu-
sti Fundatoris fuissent. Nunc vero cum omnia rebello^{rum} et expulso^{rum}, fuerint,
proestasset forsitan minima de justissimis bonis Illustris Lucretia in Moravia retinuisse,
quam, haec maxima, sed incerta et periculosa, aliis ablata. Quandoquidem, vero scientis-
sima Cos. Majestas confirmavit, et aliis qui aliquid juris in eis habere videntur, se
satisfacturam, spondit, omnino justa possessio credenda est.

Annus Domini 1628. —

Anni hujus 1628 dies Januarii 13, octavae Stephaniae Dni fere Principis atque Fried-
landiae, sicuti tunc status erat, lectuosissime. Hoc namque die recens natus Princeps
Albertus Carolus in Dno beate obiit. Titulus ejus brevis, chronographicus, anni.

Albertus Carolus Alberti Principis Fridlandiae filius in festo hilario sacro beate obiit.

De quo carmen, illud tunc occinui:

Albertum Carolum, Clemens dat, Hilarius aufert,
Castusiae Antoni tu mihi magnè dabas.
Osa tegunt stammum, ac querus annosa, sed intus
Linteae pura Ducis membra tenella ligant
Felicis erat festum, quo naceris infans.
Osterum felix, mortuus astra petis,
Castus sorte tua. contingat utrique parenti
Ut mihi, qm̄ foelix Dux adit ille polos.

Translatus est hic infans in Radym, in festo S. Antonii Abbatis ab Ill^{mi} viris Maximi-
liano a Waldstein et Gerardo De Laxis, comitantibus pluribus Sublicis et S. nobilibus
adulescentibus, honorariis tædas gestantibus. Mirum, porro fuit in tam teneri aetate,
quod infans octavo die post obitum, dum, vel inspiceretur vel defingeretur, dormienti
non mortuus similis visus est, ore et oculis clausis, vultu Principalis personæ gravita-
tem, referebat.

Menibus Januario et Februario plurimi lapides vecti sunt. Eodem tempore S. Andreas
Spezza mediolanensis Architectus Principis, delineatorque Castusiae rostrae Waldicensis,
summus artifex, non absque Fundatoris dolore obiit. Verno tempore cum dies creveret et

aedificari potuit, strenue laborarunt, Fundamenta unius lateris utpote 4 cellarum, ambitus, rectorii, culinae, turris, facta sunt, Iste vero labor tanto favore et approbatione Fundatoris contigit, ut Gehinii residens, singulis fere diebus nonnumquam diebus fabricam nostram, accesserit.

Mense martio remissus est in Radym ex domo Mambacensi prof. V. P. Adamus Fischerus Plac-
-kensis Silesius de quo supra dictum est.

23 Aprilis in sollemnitate Paschoe primus ex subditis confessus Catholice, et communi-
-carit lobias adolescens Sartor, famulus Rectoris, ex pago Biela domini Pecz Kensis orientis,
Paulo post ex rusticis confessus est sed invitus Christophorus Bussch, Iudea Radymensis optime
de cultu sua meritis, consuetudinibus, autem, patriae et juris pagani scientissimus in regendo
subditos magno onere nostros sultaravit, in consiliis Davidis, constitutionumque regionis
ignaros egregie instruxit, Venen ante Pentecosten 1628 mortuus est, tanquam catholice
ad coemeterium, catholice famulis comitantibus transportatus est, ac e regione villos
Radymensis tumelatus est.

kal. maii anno labente in festo S. Philippii et Pauli, primus ex Cartusianis primitias
celebravit in oratorio Radymensi V. P. Franciscus Polonus Russus, quibus interfuerunt
- illis ^{ma} personae, duo comites ab Harach, adolescentes fratres Cardis Archiepiscopi Regi-
-ensis et Principissae fundatrix, Gerardus de Laxis, supremus Profectus M. D. Pares Principa-
-tus Regens et duo Patres Soc. Iesu. Verno tempore distinctis cubiculo, in Radym facta
est. Mense junio missus est ad residendam Radymensem ex domo Gemnicensi V. P.
Zacharias Schimke Silesius, Diocesis Vratislaviensis, senior D^r Gemnicensis professor,
eodem mense in festo S. Apostolorum Petri et Pauli profectus est ad V. P. Visitatorem, V. P.
Rector, qui post aliquot septimanas Brunam reversus, adduxit secum V. P. Wilhelmum
D^r Gemnicensis prof^{er}, Ratisponensis, Diocesis, hospitantem, in cartusia Regii-campi.
Contra ^{obedientiam} obedientiam V. P. Joanni Cledinig et T Caspares Binsfeldio detulit

Eodem mense junio a^o 1628, litterae amplissimae fundationis et status Cartusiae Carti B.
- V. M^{ae} Waldicensis exactissime a V. P. Georgio Heydt commissario descriptus pervenit ad sum-
-mam Cartusiam, ad A. R. P. Brunonem Generalem, Unde R. P. Generalis statim mense sequenti
- julio, 12 die, gravem et elegantem gratiarum actionem, ad Principem, Albertum, Fundatorem,
- misit. In quibus litteris, quem admodum, etiam, ad V. P. Visitatorem et V. P. Georgium Heydt

Rimen, Hyppacensem datis, expressis verbis significavit susceptionem, & Waldicensis et incorporationem ejus ad soc. Ordinem. Quae epistolae dignissime at hoc loco ad verbum describuntur.

Litterae R^{mi} Patris Brunonis Generalis Cartusianorum, ad Illustrissim^{um} Trinitatem Fundatorem, Albertum, 12 Julii A^o 1628 datae

Serenissime ac summe Princeps, mihi quae animus colendissime. Superiori mense recepi cum reverenti et religioso osculo foundationem, Cart^{ae} Waldicensis prope civitatem, Geckin sitae, quam PP. ad eam videndam, defuncti ad nos transmiserunt cum honorifica et affluen-
tissima propensi vestra sereniss^{ima} Celitudinis in Ordinem nostrum, affectus et studii mentione. Inde aperte cognovi praefatam, Cartusiam, divitiis in a et secura et magnificen-
tissima multorum, fundorum, pagorum, sylvarum, piscinarum, molendinorum, juriumque incorporatorum, dote, et ut verbo dicam, largissimis annuarum reddituum, proventibus fuisse a vestra sereniss^{ima} Celitudine stabilitam. Haec sunt clarissima, sereniss^{imo} Principe, magni animi vestri, animi et magno Dei et Religionis nostrae amore inferrefacti insignia. Pro quo nihil aliud possum, quam illi, pro ut facio, humillimas, grandes et laticas gratias agere et habere, et cum egero, eas semper adhuc debere. Dum igitur in Altari illo quod iuxta praefatam fundati-
onem, ad pellicem, sui nominis in dyltissimi peremitatem, consecravimus, quotidie orabimur ut hoc pium, et magnificentiss^{imum}, vestra sereniss^{ima} Celitudinis opus, velit pro sua infinita largitate sine radio et supereffluenter premitti, omnemque suarum benedictionum abundantiam, in tantum Benefactorem, effundere. Cartusiam autem praefatam ut cum firmiore auctori-
tatis robore res proficiatur, urabimus per Capitulum nostrum, gen. Ordini inserendam, et interim eam nomine ejus acceptando, Rectorem dictae Cart^{ae} in Piores, instituimus. Paxit Deus ut haec nova plantatio occysime in celebrem, multorum monachorum, laudem, asurgat, qui ex frequenti exaltationum virtutum, suarum, praedicatione, famam vestri clari nominis in sempiternam Orbis X^{ti}ani memoriam, longe lateque spargant et propagent. Haec vota Deus audiat, a quo ego cum confratribus tanti beneficii in Ordinem, et in hanc Domum, collate, memores per noctem, et per die^{rum?} praecipitemus ut vestram, sereniss^{imam} Celitudinem, mundo ditissime et florentissime comandare, et sero in caelis beare velit pro maximo Christianitatis saeculae Imperii bono. — Cartusiae 12 die Julii 1628 Vestrae sereniss^{imae} Celitudinis humillimus et obsequentissimus servus et orator,

Fr Bruno Generalis Ordinis Cartusianorum,

Altaris cujus in litteris mentio habetur, hæc ratio est: in litteris fundatione^{nis?} anno proce-
-rito, mense dec. Idatis, hummo Cartusie Albertus fundator redditus assignavit & Altari erigendo
ornandoque, sed et post-fundationis litteras Idatis eodem mense dec. misit d. Gerardum de Paris
in Radym ad V.P. Commissarium Georgium, Priorem Aggspacensem, qui 500 aureos sue monete
et tum effigiem personæ representantes pro xenis seu novo anno R.P. Brunoni gen. ut altare
inde erigeret, attulit. —

Litteræ R.P. Brunonis gen. ad V.P. Hilarionem Gemnicensem, Priorem et Georgium
Foesium, Priorem Maurbacensem, Visitatores Prov^æ Austriacæ.

Vener^{di} PP. in X^{to}, cujus pars sit nobiscum. Vener^{di} P. Aggspacensis cum suo adjuva, Delegati ad vid-
endum statum et ritum novellæ plantationis fundatæ prope civitatem Gitschin a sereniss.
Duce Prælandice, miserunt ad nos omnia quæ spectant ad præfatam negotium, nempe
fundationis instrumentum, cum latissima omnium quæ gesserunt, enumeratione et dilucidâ
præfatæ fundationis interpretatione, in quo videntur suo probe functi officio, ostendentes
egregia prudentiæ, magni ingenii et paræ diligentie signa, quæ omnia non possumus non
valde laudare et Deum laudare pro felice negotii maxime serii successu. Et quamvis multa
sint quæ propter usum, et etiam moris non satis nobis cognita, sint obscura, puto tamen stande
relationi prælatorum commissariorum, qui omnia diligentor perscrutati sunt, Vestrum
erit eadem, mature discutere, quorum judicio omnia relinquimus. Dixi est, ut sensus tot
capitulum sapientum, in unum^{us} globatus falli et labi possit. In nostris ad præfatam sereniss.
Ducem, Patresque præfatos litteris mentem nostram, cognoscetis. Valete in X^{to} Jesu, memores
mei in vestris precibus. Cant^æ die 12 Julii 1628 P. Bruno Prior Cartusie —

Ejusdem R^{di} P^{ri} Gen^{is} litteræ V.P. Georgio Heydt Priori Aggspacensi et
V.P. Jacobo præf^o Gemnicensi missæ. —

Vener^{di} PP. in X^{to} Jesu, cujus pars sit et maneat semper nobiscum. Cognovi ex litteris vestris
bene prolixis, foaso tamen et dilucido verborum splendore, scriptis, ritum et statum, Cartusie
V. adiacens a sereniss. Prælandice Duce fundatæ, et ditissimam magnam, proventuum, dote
stabilitæ. Laudamus plurimum, vestros sanctos labores, quos alacriter et obedienter pro hoc
pio opere, subiistis. Quos oro Deum, et omni benedictionum suarum, affluentia velit cum-
-ulare. In hoc negotio magna deditis vestra singularis diligentie, magnique ingenii testi-
-monia, ostendentes vos sagaces in captandis bonis super re proposita consiliis, in scrutandis

dictae domus bonis et proventibus, in exponendis eorum speciebus, in exprimenda pergraphice
aedificiorum, sciagraphia, in explananda mente Seren.^{mo} Ducis Fundatoris, in explicandis
verbis ipsius fundatoris, aliisque id genus commemorandis, quae pertinent ad plane co-
gnoscendum, totius negotii vobis commissi naturam, Vidimus etiam, ordinationes
a vobis pro recto domus nova regimine latis, necnon salubres admonitiones Rectori
ejusdem, datas. Quae omnia nobis gratissima accid erunt, nosque efficaciter moverunt
ad acceptandam, praefatam, fundationem, quae, vestris probris suffragiis video valde
approbari, quod nostris ad praefatum, seren.^{mo} Principem, litteris significamus, quarum
vobis exemplar mittimus, atque ut praefato Rectori animos et robur infundamus,
tenore presentium, eundem, in Piorum, dictae novellae plantationis instituumus. Et
nomine Patris et Filii et Spiritus S^{ti} Amens,

Quod pertinet ad difficultates, quas proponitis super arce quadam, et aliis quibusdam,
puto ea nulli fore impedimento. Idcirco, roboris oro, ut monachi, qui in monasterium illud
magnificum, replet et repletur sunt, tam bonum suae conversationis odorem spargant,
ut magno illi expectationi, quam sui alii concitant, possint respondere cum
magno ordinis decore. Major enim nobis cura esse debet morum, quam muros.
Duo continet praefata fundatio, quae meo olli, utrum, habent: primum est, quod seren.^{mo}
D. Fundator sibi suisque reservat jus omne jurisdictionis in pagis et locis conventui
donatis. Videmus magistra experientia in his saltem partibus monasteria, quae
alienae subjacent jurisdictioni, multa saepe a subditis indigna et molesta pati. Idcirco
est quod cupimus, ut jus venerationis ad haeredes Dni Fundatoris non transiret;
hoc etiam, venandi, potestas multa monasteriis incommoda, gravesque contentiones
solet adferre. Prudentiae vestrae erit tentare solenter, si hoc possint emendari, sin-
minus, servandam, censemus Fundatoris voluntatem. Multa etiam, sunt, quae
propter usum vestrae regionis nobis incognitum, aliqua via estur indigere interpretatione:
quae V. P. Scriba vobis fusius proponet. Quibus ut clare respondeatis, vos etiam, atque etiam
rogo, vel pro vobis id faciat V. P. Philippus dictae domus Prior; qui pleniorum, harum rerum,
habet notitiam. Has nostras et eas quae a seren.^{mo} Principi scribo litteras, pro vestri muneris
debito, communicatis Ven.^{is} PP. Visitatoribus, quorum, judicio et prudentiae omnia remitti-
mus. Valete in X^{to} Jesu, memores mei in vestris supplicationibus. Cant^{ae} Diei. Hilae Apostolo sacra

1628. Vester in Dno Jesu Confrater F Bruno Prior Cartusiae.

Litterae Ven^{ti} P. Justi Perrot Scribae Capituli gen. ad VV. PP. Hilarionem et Georgium Priores Gemnicensem et Moaumbacensem, Visitatorum Prov^{inciae} Austriacae. -

Venerandi in X^{to} Patres mihi que colendissimi. Jam R. P. expeditis negotiis quibusdam levioribus quae cum urgebant, et ab illis liberior factus, retotum dedit ad examinandum negotium novae plantationis a Serenissimo Duce Tyrolandiae in mo Ducatu fundatae, quae cura et pietate tanto Principe digna, jam in domum Ordinis splendidissimam exurgit. Ut vera non parvam accepit voluptatem, tum in inspectione instrumenti praefatae fundationis, tum etiam ex ampla et geographica expositione VV. PP. commissariorum, unde certe laudandus est Deus, qui talem tanto Principi instillavit voluntatem, cui Ordo magnas debet habere et agere gratias, quod et R^{dm} P. his suis inclusis nomine totius Ordinis aggratatur, cujus exemplar de ejus voluntate ad vos mittimus, relinquens venerandis Patribus vestris, ut per vos aut a vobis deputandos eadem praefato Serenissimo Principi omni qua fas est, reverentia praesentetis, et apud eundem supplicetis, si quod fuerit praetermissum, aut in aliquo fuerit erratum. Et quamvis multa et varia videamus Ordini pro praefata fundatione tradita, expressa in praefato fundationis instrumento, et ab illis VV. PP. commissariis explicata et declarata, tamen adhuc in multis caligamus. Quae ut capiamus ampliore elucidatione indigent, sicut in memoriali demandato R^{dm} P. facto et his adjuncto, poteritis cognoscere. Precamur igitur, ut agatis sive cum praefatis VV. PP. commissariis, sive cum V. P. D. Philippo Priore dictae novae plantationis, ut super praefato memoriali respondeatur, et de omnibus R^{dm} P. certiores faciatis. Valente in X^{to} Jesu, qui mihi per vestras orationes misereatur. Cart^{ae} 12 Julii 1628.

Venerandorum Patrum vestrorum humilis et addictissimus filius et servus.

F Justus Perrot Qui quidem V^{tr} P. Justus A^o 1631 in generalium totius S. Ord^{inis} Cartus^{iae} institutus est, R^{dm} P. Brunone ob opprobriam et inimicium senium ad instantiam absoluto -

In litteris pono supra recensitis R^{dm} P. ad V. P. Georgium Priorem Aggrippocensem habemus quod A^o labente 1628 die 13 Julii in festo S. Silvae Apostoli V. P. Philippus ^{Bussack} Rector residentiae Radymensis sit in primum Priorem Cart^{ae} Castri B. V. M^{ae} Waldicensis, in Radym residentis, a R. P. Brunone gen. institutus. Eodem tempore idem P. Philippus in Austria apud Visitatores fuit, inde vero in Radym necius Prior revocatus est. Kal. aug. idem nov. Prior Philippus Bussack per obedientiam Visitatoris misit V. P. Joannem Cleding et T. Casparum Bisepedum (describitur

superius antea) ad domum Olomucensem, ad quam in transfiguratione S^{tri} pervenerunt, ceteroquin continue pluvise aestatis hujus anni 1628, vecturas lapidum, et arenae difficiles reddiderunt. Et hoc anno decem millia P. Rector pro aedificiis accepit, numerata pecunia ex camera Gschiniensi. Quatuor cellae, refectorium, colloqui turris, culina, ambitus lateris meridionalis, fere ad tectum, producta sunt, murus autem, hortorum, absolutus.

Ultimis mensibus hujus anni prope Oppidum ^{Melnik} Melnitium, 8 milliaribus distans, ubi Multavia fluvius Albi flumini miscetur, insignes vineae pro 1500 circiter flor. comparatae sunt: quae anno 1630 tam uberi fere fuctus reddiderunt 400 urnarum, ut pretium vini istius anni pretium, vinearum, emptarum, exerceat. Verum, aliis nonnullis annis 300 flor. in aedificationem, vinearum, insumuntur, et pro 80 flor. vinum, nos recipitur.

Annus Domini 1629. —

Nonis Januarii A^o 1629 in residentia Radymensi mortuus est V. P. Zacharias Schimke Silesius, Diocesis Vratislaviensis oriundus Gemnicensis domus prof^{us} et Senior. Qui in extrema senectute tabulam, culinae et librum, Kalendarii Curt^{ae} hujus Waldicensis, non exiguo labore confecit, laboriosus et curiosus indagator rerum, Ordinis Castusiensis: qui si viveret, vel ipse chronica hujus Dⁱ inchoaret, vel me ad scribendam, impelleret. Sepultus est in Parochia. la. Ecclesia Radymensi ante summum altare, camerato sepulchro, duplicique lignea tumba cadaver circumdatam.

Eodem, mense V. P. Prior profectus est ad V. P. R. Visitatores, et mense februario adduxit secum, ex D^o Gemnicensi V. P. Jacobum, Bilagium, prof. D^o Lupordensis Franconiae pro V^o Dioc. Osabrucensis oriundum. Qui brevi, aetate, gravi infirmitate laboravit, semper debilis permanens. Hiemali tempore plurimi lapides et alia necessaria ad fabricam secta sunt. Vestro tempore et aestate 4 cellae, refectorium, cum cubiculo adjuncto, culina, turris, ambitusque partis meridionalis tecta sunt, et quae rudi muro absoluta. Insuper hoc A^o Dolatores et fabri lignarii Praetorium interius vestierunt. In cellis similiter dealbandis inferius, in 7 annis et armariis conficiendis laboratum est. Decem millia quoque hoc anno pro fabrica accepta sunt. Insuper quod de redditibus conventus modicum superavit, in summi in fabrica debuit et pro tantis pecuniis exigua fabrica educta apparuit.

Docimo Kal. Sept. in vigilia S. Barthol. Apostoli a subditis S. Maximilianis a Waldstein, rebellibus, gravissimum crimen commissum est: ven^{us} ac zelosus J. Mathias Burnacius

Soc. Jesu Gistchinensis concionator ruralium parochiarum equitavit ad pagum Rowensko, comitemque habuit studiosum, Poedicantis filium, sed ad cath. religionem ferventissime conversum. V. Peter S. J. a rusticis malitiosis ac rebellibus die expectatus, duobus ictibus bombardarum, et bifrenni in facie gravissime laesus (ut mihi relatum) crudelissime occisus est, et Gistchinii sepultus. Innocens studiosus (qui ante biduum, sacram communionem sumpsisset) ad stabulum, equorum, refugiens, atque se abscondens, ibidem ab abominandis haereticis detectus, pluribus ictibus furium, ac grandium, baculorum, immanissime trucidatus est. Quandoquidem in odium Religionis catholicae gestum est; ut eoque gloriosus martyr occubuit. Cum R. P. Malthea ego indignus praesidium sumpsisset, atque eundem in parochia nocte a Radymensi concionantem, vidi saepius, rusticis rebellibus, inchoantibus statim a militibus obviam itum est. Sic fugatus, dissipatus, rebellis mox in ortu suo fulgurans extirpata est. Primarii auctores seditionis ac homicidiae in rotam visi acti sunt. Mense septembri V. P. Franciscus Polonus ex Radymensi residentia ad Domum Gemnicensem, remissus est; inde anno sequenti Aegypcum, ubi mense novembri mortuus est. (In Kalendario Domini Dantisci obitus viri istius piissimi ad diem 25 Julii refertur). Cohabitaui multo tempore hic in Radymensi cubiculum, (in quo haec nota) cum ipso, et egregias Carthusianas virtutes eidem, inesse deprehendi. Magna in eo morum gravitas, magna abstinentiae, magnae vigiliae, prolixaeque nocturnae preces. Cantus vero taciturnitatis fuit, ut a festo S. Martini usque ad mensem Junium, quo simul habitavimus, vix binavice absque licentia tantum, mecum locutus sit, ut de fractione silentii cellam proclamaré, necesse habuerit. Porro ipse addictissimus tunc Fundator, dum anno 1628 nos visitaret, atque in ingressu cubicali duos simul in habitare animadvertisset, ad Rectorem Philippum ait: Dura et miranda res est, duos religiosos unam cellam simul inhabitare et non audere simul loqui.

Hoc anno 1629 V. P. Philippus Prior prospectus est ad Summam Carthusiam, Capitulum gen. in quo dictum est: « Domum Cetri B. M^{ae} in Walditz in Boemia ex pietate et liberalitate Serenissimi et potentissimi Principis DD. Alberti D. S. Friedrichiae Ducis amplissime fundatam ad obitum Ordini in incorporamus. » 23. Oct. 1629. - Ibidem (in cart. magna) emittit nova missalia Ordinis, Breviaria, Diurnalibus et Homiliaria. In itinere emittit pretiosam manam sericam, damascenam, Holosericam; ex qua decem egregiae casulae paratae sunt. Hoc anno et

sequentibus bibliotheca cartanae instituta, et plurimi diversorum, nobilissimorum, authorum libri transporto advecti, instigante ad hoc Priore, V. P. Jacobo Bigagio.

Annus Domini 1630. —

Hoc anno 1630 aedificium, exterius familiae, sive procuratura a fundamentis tecto supposito erectum est, Fossa a Prioratu circa illud aedificium, deducta. Item laboratum, in Prioratu, & cellis, refectorio, culina, turri, ambitu interiori exteriusque perficiendis, Hinc jamora, sera, chari (armaria) confecta sunt, Pavimentum, et solarium, in cella Prioris assensibus dolatis vestita, fossa ducta et aliis laboribus annus 1630 insumptus est.

Mense Julio missus est Brunā cum charta capituli ad Radiumensem, residentiam, V. P. Casparus Bannus, D. M. aurbacensis prof. Dioc. hevisensis, Mense septembri circa festum Inaltationis S. Crucis ex D. Aggspaceensi huc Radium remissus est V. P. Martinus Wodicka Mughicensis, moravus prof. Olomucensis, Is attulit obedienciam, V. P. Wilhelmo Bararo, ut rediret ad domum professionis Gemnicensem, Mense octobri ex emptis vineis ante biennium nostri Patres Radiumenses magnam copiam vini 400 urnarum, collegerunt, Fabricam defectus materialium, aliquanto impedivit, Hoc potissimum anno bibliotheca comparata est: propter libros antecedentium, annorum, sunt autem, libri in univ. ex univ. Patres antiqui Latini 12, Graeci 4, interpretes recentiores 14, Theologi scholastici 27, Historici ecclesiastici et saeculares 46, concionatores 11, spirituales 120 usque, Philo-
sophi 15, In universum Auctores sunt 230 circiter. —

Annus Domini 1631. —

Mense februario labentis anni 1631 mortuus est phthisi Joannes Spezza Mediolanensis Architectus Cartae hujus Waldicensis, proter Andreas Spezza Architecto Principis Fundatoris, qui ante biennium, circa idem, fore tempus ex hac vita discessit.

Mense April' ante pascha hinc avocati sunt ad domum professionis moechaurbae W. PP. Casparus Bannus debilis ex contractione membrorum, et Adamus Packensis, de quibus supra dictum est, In quorum locum post Pascha ad Radiumensem, residentiam missi sunt V. P. Andreas Hamelman prof. D. Gemnicensis, Dioc. Herbipolensis oriundus, Franco, et pater Casparus Binsfeldius: hic Olomucio, ille Gemnicio, qui Snonarem maii Radium pervenerunt.

Hic annus 1631 aliquanto huic Cartae infortunatus fuit; etenim ob Suecia

in Imperium, inruptionem, et capto jam Francofurti ad Oderam, propter intertiniae
seditionis metum, et ob Fundatorem a Generalitate amotum, 10000 flor. hoc anno
non data sunt. Unde primis mensibus anni 1631, lecta edificatum, etiam uno
cessatum; donec mense Junio V. P. Prior supremo Praefecto De Laxis suggereret, ut
Fundatoris significaret, ob varias causas expedire ut ante hyemem, ad novam, partem
ex Rady mensi residua transferatur conventus: ad hoc perficiendum, mille impe-
-riales sufficere. Qui suis carissimus amicus ad Principem, retulit: Unde in eundem
Junium, 2000 flor. tibi a quatuoribus fabricae nostrae imperatum est. In liberalitateque
pauciarum provisione mensibus Julio, Augusto, Septembri atque Octobri quamdiu laborari potuit,
rursus in fabrica perreperunt. Pribus Octobris V. P. Andreas Hamelmannus saevita hora
VI: vespertina ad completorium, pulsans, tactus est apoplexia: ex illo loco deportatus est ad
cellam, sensibus destitutus sine auditu et loquela, quam, tamen formare tentans, nonnun-
-quam quoddam, mugitus dedit. Circa nonam, oleo caro inunctus est, tandem circa mediam
Decimam, expiravit, sepultusque est in Ecclesia parochiali, iuxta tumbarum, V. P. Zachariae
ejusdem, domus professi. Fuit hic Pater professor D^s Gemnicensis, ex diecesi Herbipolensi
originatus, eodem anno in Rady, ex domo Gemnicensi missus, eodem die obitus confessus
est et celebravit

Inter memorabilia hujus anni 1631 omnium maximum est aqueductus, qui longissimo
itineris spatio serpens, maximis sumptibus, 4 mensium lapsu, neutiquam, absolvi
potuit. Ultimis septimanis praevientis Julii, canalicibus ligneis subterraneis aqua duci
coepit, et prius sexto Idus novembris, lecta in fossa monasterii modice re exonerata
-vit. Scaturigo fontis est retro pagum, Luzymensem, ubi in sylva cast^{ae} subjecta ex petroso
monte limpidissimus fons emanat: quem in colae terrae (quandoquidem, nunquam, visus est
congelari, nec turbidis aquis ferri, sed clarissimus semper plenis venis erupit) argenteum
fontem appellare consueverunt. Hunc inquam, quoniam, eone major, nec melior, nec ad
ducendum, commodior, in vicinia reperiebatur, artifices post medium mensis Julii cana-
-licibus subterraneis concluserunt: ipsam, scaturiginem, artifices domunculam quadratis
lapideis constructa comprehenderunt. In qua domunculam supra viam, in petroso monte
aedificata, canales limpidissimum fontem excipientes, trans viam ac rivulum, per particu-
-lam, sylvae Parochialis Ecclesiae, in fundum subditorum, Luzymensium, transportarunt.

Ad ejus pagi dextrum latus super domum Jacobi fabri lignarii, ipsius pontis ductoris, in
fine demum pagi montem, traditur. Mox arva luzymensia et Radymensia Declivitate
celeri cursu transmittunt ad dextrum latus pagi Radym; deinde per longissima prata
Radymensia et Studiana aqueductus pergit: post dimissa prata, collosi agri excipiunt,
et sic tandem, collem descendendo, hortum monasterii fons argenteus mense novembri
intravit, atque in fossam extra conventum, lentus excurrit: major enim pars pigris
his aquae per diversas rimulas sese subduxit, atque solo bibulo immisit: postea
tam on hinc facti canales et mucosi obstructis rivulis, et largam aquam monas-
terio subministrarunt, ita ut in 4 aut plures venas in Cantusiam dividi potuerit.

Porro laboratum est hoc anno 1631 usque ad VI id. nov.; tunc enim operarii dimissi
sunt. Praecipuus vero labor fuit murariis, exteriorem domum, per pabulicula distinguere,
exteriori videri, murum exsolere, in conventu fundibula diversa a cellis^{sup} perducta sunt.
Proterea pavimentum ambitus refectorii, culinae, turris ex lateribus stratum est. Item,
lateritium tectum exterioris domus perfectum est. Dolores refectorium desuper dolo
ascribis vestire et exornarunt. Similiter per alios artifices necessaria pro cellis,
refectorio, ambitu, turri, culina procurarunt. Denique murarii duplicem murum ab
utraque Prioratus parte ad exteriorem domum duxerunt: quo seculares prohibiti
sunt ingredi atrium exterioris domus et consequenter Prioratum ac conventum, accedere
nequivere. Potuisset ita certus a Celsi B. V. M^o Waldicensis hoc anno adhuc inhabitari,
si non timor nobis inanis obstidisset. Postquam Thilianus exercitus a hinc in
Saxonia gravissimam, et ad eam accepit, haereticae civitates Suecum adventantem
ubique receperunt cum viginti optantem. Hinc a saxonis et Sueci militibus in regno
Boemioe praedictae actae, paulatim haeticis Boemis hostiles facile recipientibus, prope
Pragam pervenerunt. Hinc 5 Kal. nov. litterae ad nos in Radym a V. P. Soc. (H.) Gethi-
mionensis allatae, hostes non longe esse, Patres discessum parare. Fortea 6 Id. nov. rumor
increbuit, hostes iuxta Pragam esse, Pragae nihil tutum nisi recursum, maxime ob
inferioris sortis cives haeresi addictos ac praedecarios. Ergitur 8 nov. ornamenta bulae
nostrae Radymensis cistis inclusa sunt, et eodem die per V. P. Martinum, procurato-
rem, 4 equis curru (ipso quinto equitante) averta sunt. Majoris momenti haec
sunt: Casulae 10, 9 sericeae cum aureis et argenteis fimbriis, una holoserica rubri

coloris, undecima aurea coloris madericavilioris, pannus magnus super tumbam
fundetivis paratus holoserico nigro, pretiosissimus albo novae insignes 8, cooperatori
Altaris, sive Cista vel mappa majores 7, antependia 5, unum holosericeum, nigrum,
3 sericeum, fimbriis aureis et argenteis, aliud liliis et floribus distinctum, calices novi
3 cum patenis, cochlearis, corporalibus, tersoribus atque thecis, horologia parva
pretiosaque 3, unum, est in cucupido, pulcherrima 3 sericea quartum, floridum, 1 miss-
ale novum, cum serico rubro et elensuris argenteis magnis, duo cucupidi ex obore
quorum, major constat 25 imperiales, panni 2 longi caerulei coloris ad ornandas
formas in solemnitatibus, tapeta vari coloris, 3 aut plures agni Dei decorati,
theca decorata pro ven. sacramentorum conservando et quaedam alia parva pretiosa
divinae imagines et plura alia. Imagines sanctorum nostri ordinis 14 quae cum aliis
pluribus pretiosissimis imaginibus in ultima fuga in ecclesia relictas sunt et perditae.
Nos postea 5 Idus nov., cum licentia S. de laevis ex residentia Radymensi discessimus,
sacrista certiore eventum, licet expectante et ad majora pericula remanere paratissimo.
Quae tunc nulla contigerunt, hostibus Principatum Frislandiae intactum, relinquen-
tibus. Fuerunt vero 5 conventuales subsequentes: V. P. Philippus Busseck primus Prior,
V. P. Jacobus Bilagius primus vicarius - V. P. Thomas Lucius - V. P. Joannes Luxcekius -
P. Casparus Brinsfeldius primus sacrista. Habuerunt in comitatu 10 famulos et 16
equos, quorum 12 duos currus tectos trahabant, conventuales vehementes. Profecti igitur
festini ante itinere ad domum Aggspacensem, Austaise, post aliquot dies V. P. Martinus
qui Brunam, deflexerat, supervenit Aggspacem, et ornamenta illoesa detulit cum 5 equis,
Quidam famuli in Boemiam remissi, quidam ad custodiam equorum Aggspaci detenti,
Porro ad custodiam arcis Radymensis relictus Otto famulus, cellerarius cum detinente
nostro. In arce Peczkeni Martini scriba. Mobilia bona in arce Radymensi dimissa
plurima. Post 3 septimanas nostri discessus, venit nuntius ex Radym, cognitum:
vici nostra Radym relictas ab officialibus Principis arcta. Mense Dec. profectus est
Gemnicum a V. P. Visitatore vocatus, P. Prior Philippus. Vendidit prius 5 equos. Eodem
mense, 11 Kal. Jan. ex jussu ejusdem V. P. Visitatoris reliquit famuli cum curribus et
equis in Gemnicum, una cum V. P. Jacobo Bilagio profecti sunt. 11 Kal. Jan. venit expec-
tatus nuntius Martinus perens de statu Carthae Castri B.V. Moe a diversis litteras. Die

sequenti venit Aggspacum, Georgius Haselbach, subditus celeritate usus, attulit litteras ab officialibus Principis Cameræ Gochiniensis. Ambonuntii clavis litteris, ad V. P. Visitatorem, et Priorem, in Gemanicum, transmissi sunt. Porro ex litteris et nuntiis cognovimus, tam officialis Principis quam, nostros etiam, subditos exactionibus gravatos, maturum reditum, conventus suadere, cupere ac expectare. Unde eventus rei certus monstravit, quod annum, labentem, 1631 non solum, turbissime ac recurissime in Boemica residentia concludere valuissemus; verum, etiam, quoniam, omnia ædificia meridionalis plagæ perfecta, sicca et inhabitanda, aqua adducta commoda, mense dec. Cartusian, Castr. B. N. D. in Walditz saluberrime quietissimeque inhabitare potuissemus: nisi haec diu optata, certissima hujus anni felicitate per immutatum, ex regno Boemice discessum, procuratum, hostili metu, nos privasset. Atque maxima detrimenta in oeconomia ideo in Radzyu passi sumus. Sumptus itineris fecimus grandes. In Aggspacensi Cartusiâ sanè ab H. V. in X^{to} S. Georgio Hoydt Priore magno charitatis affectu et suscepti et duorum mensium, spatio hactenus sumus, nullo tamen detrimento domus. Nam, divinis nocturno dieurnoque tempore interfuimus. V. P. noster Philippus pro quolibet conventuali solvit centum flor.: insuper propria auctoritate medietatem, fere omnium amentorum, Aggspaci reliquit, et hanc plagam, novellæ plantationi Waldicensi primus suus Prior inflixit. Saitz 1637. —

Annus Domini 1632. —

Annus 1632 qui tristissimam rem, faciem ostendit, singulari dono Dei ac immensa clementia Salvatoris, ingentia detrimenta Ecclesie Germanicæ in faustissimum, eventum, ac florentissimum, Religionis catholice status, reducat. H.º superiori mense nov. ut omnibus notum est, milites Electoris Saxonie rebellibus Ductoribus Pragæ, destitutis Defensoribus occuparunt, et alia loca juxta flumen Elbim. Ut tam, fraudulento consilio obviaretur, in animi animi et auctoritatis viâ requirebatur. Nullus tunc Alberto Principe Fridlandice, Fundator nostro idoneor judicabatur. Unde a Casarea Majestate instantissime rursus Generalis exercitus expeditus est, undec ipse sum. Pontifex Urbanus VIII, anno labente 1632 septimo Kal. Jan. largam benedictionem Roma eidem misit, hujus tenoris:

« Dedit hæc nationum patria iterum, ad Germanicæ bella voce Cos. M^{to} et p^{to} catholice, provinciarum, revocari nobilitatem, tuam, et splendens auguratur. Rom. Religioni et Rom. Imperio victorias fulm, in atroces perfidie atque impietatis, Parvales laudibus

nominis tui, consulentes nationibus, catholicae fidei, oramus Deum, exercituum, et fra-
-meam caelestis ultionis gloriose coruscare velit in triumphali Deo et Nobilitate
-tuae, ad faciendam, vindictam, in nationibus velum oppugnantibus, et consolanda suspiria
-mocerentis Ecclesiae. Dimicet in legionibus tuis Deo militantibus caelestis exercitus. Nos
-tam beatae Spe Pont. solitudinem, consolamur, et tui, tibi benedictionem, nostram, imprati-
-mur. Honorifico hoc tibi volumus publicae expectationis testimonio ac Nobilitate tuae
-benedictionem, Omnipotentis exposimus. Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris
-die 17 Ian. A. 1632 - Pontificatus nostri anno. »

Totus Omnipotens ac Clementissimus Deus miseratus est nostri, tempore periculosissi-
-mo benedictionem, suam, his regionibus largitus est, Deo et gratiam, concessit. Qui
-hyemali tempore Gnoimae consistens, copiosum, exercitum, ante dispersum, contraxit. Verum
-vero cum copiis suis in Boemiam, contendit: Pragam, metropolim, Regni & Rel. Ital. paucissi-
-mis ab utraque parte desideratis, repperavit. Quo rumore percipito, ex reliquis, iuxta Abbatem
-officis adversarii rationes mox fugerunt, et sic facili negotio ante hyemem, in Regno Boemiae
-loca amissa aestate repperata sunt. Concedat benignissimus salvator Ecclesiae suae afflictis
-abundantiores, consolationem, ut omnes servi Dei spoliati, afflicti, dispersi, variisque tribu-
-lationum procellis expositi, plenissimam, libertatis consolationem, assequatur. Verum
-quid a te prosequar.

A. hoc 1632 primis Januarii diebus, dum bini nuntii Martinus et Georgius litteras Dudum,
-expectatas V. P. Philippo Puro attulissent, cognito stilo Cartusiae, mox novis a V. P. Nitarione
-visitatore Gemario remissus est Aggopacum, una cum V. P. Jacobo Bilagio, omnibus famulis
-et 10 equis. Eodem mense, 7 idus Ian. V. P. Philippus profectus est Viennam Austriae, ut
-indigaret voluntatem, Fundatoris: an placeat suae celsitudini, et utrum tutum sit statim,
-reverti Religiosos Cartusios ad man. Cartusiam, Gechimiensem, Castr. B. V. Mo. P. etis idus Ian.
-rursus alius nuntius ex Boemia a scabinis Dominiorum, cartusiae directus pervenit Aggopa-
-cum, insinuans obgraves exactiones, subditos celerem, reditum, Ordinis Cartusiae personarum
-implorare. Tunc V. P. Philippus dictus Prior statim, Gnoimam, Viennam profectus est, litteras
-VV. PP. Visitatorum, discessum nostrum, ex Boemia anni superioris excusantium, secum, deferens,
-ubi 5 dierum spatio moratus, audientiam, nactus non est, litteras tamen obtinuit, quibus
-officiales Gechimienenses jubebantur allata monasterio restituere. Sic in Boemiae cartusiam,

reversus est. XI Kal. Febru. Znoimā nuntius venit Aggspacum, qui litteras tam Principis
Fundatoris et salvi conductus patentes, quam Prioris D. V. P. P. Visitatores attulit, quibus
continebatur ut statim religiosi conventuales in Boemiam remitterentur, Ipse vero
Prior ad residentiam Bradymensem, jam redierat. Quibus litteris acceptis, V. P. P. Visitator,
mox omnes religiosos cartusianos qui ex Boemiā in Austriam deflexerant, remisit.
Haec 6 Kal. Febru. Aggspaco discesserunt, per Danubium usque Cremsium vecti. Vespere
Michael famulus refrigus in pedibus contraxisse in navi conquestus est. Suspicio fuit
in aliquo pago pestem hausisse, nam in Austria tunc erat lues, hic famulus dictum
detentius habere cepit. IV. Kal. Febru. nocturno, dumque frigore procurrente, ut putatur,
post meridiem in curru eregione Pletzi V. P. Paulus Bitagius ingenti dolore epileptico
redditus est, omnibus comitibus itineris consternatis, jam jam moriturum, imo mortuum
opinantibus. Tandem omnium ignoras ad rediit ac in viciniore hospitio paululum
refocillatus, postea rursus prope Znoimam, in eundem caducum morbum, recidit; ex
stidore dentium, spumis oris, oculorum, versione, totaque corporis motione vis morbi
claris immotuit. Hoc doctor medicus Carolus sensit, ut V. P. in calore conservaretur, ac
ne vecturā graeraretur, Idem doctor subiunxit, Michaellem famulum, gravimorbo Un-
garico urgeri; attendendum esse. Hinc pridie Kal. Febr. Znoimā discedentes, propter infirmos
ad Cartusiam Brunensem, 6 miliaribus distantem, perreximus. Ostertiti in hospitio,
nocturno Michael (dictus famulus) in eodem nobiscum, hypocausto cubans, secum colloqui
ac fabulari cepit. Mane Dominica die circa horam quartam, morte propinquante,
hypocaustum exire tentans, prope ostium, licet ab alio sustentatus concidit statimque
animam egit. Ungarico morbo nigrescente, lingua a fauce laborare, etiam nomen isto
medico visus est; propter ulcera vero pedum, pestem, adjunctam, fuisse, creditum est.
Hec sane absque contagionis periculo illud iter conficimus, et singulari Dei gratiā
conseruati sumus. Item in eodem hypocausto, prope eundem, agrorum, plerumque cuba-
vimus. Quin uno ipso mortuo, omnes 2 horarum spatii, ipso ad ostium, jacentem mortuo
in eodem hypocausto officia preuen, persolvimus. Tuitetiam Michael memoratus famulus
in pago cart^e Waldicensis subjecto oriundus, moraliter optimus juvenis. Verum, quod
vel maxima obediens, necdum conversus et catholice confessus. Nos justis sepulchralibus
persolatis, nondum sepulto, Ostertiti Brunam, contendimus: ubi altero die Solemnitatem

Sanctificationis gloriosissime B. M^æ cum ven. conventu celebravimus, Divinis peractis,
religiosa recreatione post prandium, diem transigimus. In domo cartusie civitatis Bru-
nensis, quem admodum, in ipsa cartâ ubertatem, frumete et vini de larga benedictione
Domini, Domini illi his annis collatam, perspeximus. Postera die 3 non. Febru. relicto V. P.
Jacobo debili in cartâ Brunensi, reliqui 4. Vr. conventuales in ediscedentes, VII. Id. Febr. ad
residentiam nostram, Radymensem, lecto curram, quem, 6 equos habebant, affuimus. V. P.
Prior de adventu nostro dudum, expectato, lectus gratulabatur. Invenimus autem, sta-
tum, domus sicut reliqueramus. Nihilominus non parva detrimenta absentie,
domus sustinuit (propter maximos peregrinationis sumptus) frumenti, vini, vestimentorum
utensiliis; velut in bonis delectis, vel more relinquendis, fieri consuevit, incuriam maxime
ottonis callarii. Post reditum nostrum, per totam, Februarium, et majorem partem, martii
accidit a hyeme pedusavit d. kal. maii ex cartâ ~~Brugensis~~ Radymensis in Radym, vidit V. P. Jacobus
Bilagied; quod die vespere copiosæ nives deiderunt, sequenti nocte glacies densa concrevit.
Rursus VI. kal. maii nocte et tota fere die nixit, glaciesque grandis aliquot diebus, pros-
trata in montibus pedusavit, non absque variarum rerum, detrimento. Hoc propterea A.
1632, in ædificiis cartæ verano et æstivali tempore circa hæc potissimum, laboratum, fuit
exterioris Ædificii: inferiora cubula et stabulum, absolutum, est. In conventu culina
et sacellum, lateribus statum, item tabulam, ejusdem perfectam. Verum, et in horto
calineæ piscinæ a quadratis lapidibus in 4. partes distincta, inchoata est. His dem, insuper
mensibus fons argenteus superiori anno ad cartusiam ductus, resectus est, et canales in
diversis locis emendati: ut vero copiosior fluere, paulo infra in sylva hutesiæ Parochialis
subjecta alius est fons argenteus collega adjunctus: q̄ soia aqua in monasterio tam
large effunditur, ut unius fontis a scaturigine medietas judicari queat, ac in venas
venas necessitate exproscente dividi possit. XI. kal. Julii anno sabente 1632, longissimæ
anni die, circiter horam, VI. pomeridianam, tumbe illusterrimæ personarum Alberti
Caroli infantis, Fundatoris filii et Lucretiæ Fundatrici in sacristia Radymensi
et terra elevatæ sunt: ad quem locum, anno 1628 mense Januario reconditæ fuerant.
Eodem, vespere post horæ circiter spatium, ad novæ cartæ sacellum, futurum, resecto-
rium, communi curru, absque pompa a familiaris domus transvectæ sunt. Sequenti die
X. kal. Julii hora prima pomeridiana V. P. Philippus Prior, fossam benedixit, artan-

libus 3 Vv. pp. conventualibus. Paulo post in latissimam fossam, tum battanea immisso
Infantis Caroli super murum, fundamentalem, derelictam, sub terra locata est, Lucretiae
pientissimae, in atrone tumba ad sinistrum latus fossae versus orientem, posita, ac iugens
spatium, ad dextrum latus versus occidentem, relictum. De titulo tumbae elegantissimae
Lucretiae, inciso anno 1614 actum est. Alberti Caroli Principis, fundatoris filii soli, talis est
latini litteris: Anno 1628 decima tertia die Januarii pacifice obdormivit in Domino
Sever. m. Suae Frislandiae Alberti Luxemburgi... ac Principis in Sagas A. P. M. consilarii
Bellici, Camerarii intimi, totiusque exercitus supremi Coloneli ac generali, Fund-
atoris nostri amplissimi, Primogenitus filiolus Albertus Carolus, cuius anima vivat
Deo. De translatione carmina:

Principis Alberti, Lucretiae et ossa locantur
Cartusiae, vicies et octo bis Julius ortus.

Hoc autem tumberum repositionis die, choristades ad deputatum locum, transvectae,
coepere quoque eodem et sequentibus diebus utensilia Prioratus, a domo ad Cartusiam
curribus transmitti, III Kal. Julii in solemnitate M. A. Petri et Pauli V. P. Martinus
procurator Aggracum in Austria profectus est, pro reverendis ornamentis Ecclesiae et
vinis advehendis: qui duas juvenulas equas elegantis formae secum abduxit. VI. non.
Julii in solemnitate Visitationis gloriosissimae V. M. major pars utensilium, conventus
ad cellas Cartusiae translata est. Tandem, quod salia paucumque sit. Ad laudem
Omnipotentis Dei, profectus, Saus Ord. Cartusiae omnium animarum, praesentium et
futurarum salutem, cedat: A. D. Dni 1632 5 nonas Julii in aere conventus, residua neces-
saria ad Cartusiam, rusticorum curribus translata sunt, ac post praedictum, omnes VV.
conventuales ex residentia sua Radymensi, ubi pluribus annis commorati fuerant, disc-
esserunt, atque novam Cartusiam, Castri B. M. V. Waldicensis inhabitare coeperunt.
Quilibet more ordinis in sua cella coenam sumpsit, pernoctavitque atque postero
diebus in clausura permansit.

Protulit optatus ut ternos Julius ortus
Cartusiam, in Waldiz Cartusiane petis.

Incolant autem novam hanc Cartusiam, memorati. Prioratus superiorem partem me-
ridionalem, versus vicarium Principis, inhabitare coepit V. P. Philippus Busseck, primus

ejusdem Cart^{ae} Prior. Prouctuan, in inferiore parte Prioratus versus occidentem, V. P. Marti-
nus Wodicka, In conventus meridionali plaga, quae sola tunc habitabilis erat, primam
cellam incolit V. P. Jacobus Bilagus: 2^{da} ^{Joannes} V. P. Pomeranus Margardus: 3^{ta} V. P. Casparus
Buisfeldius (auctor hujus chronici) primus sacrista in Radym, et Castusia: 4^{ta} V. P. Thomas
Lucius. Hi itaque 6 ante hancem, in Austriam, indeque omnes a V. P. Visitatoribus in
Boemiam, remissi, primi incolae hujus Cartusiae Waldicensis constituti sunt, Proest
Omnipotens Deus, ut vocationis nostrae memores, regularis, quae disciplinae observantes, atque
cartusianae simplicitatis, rigoris, quae stramine cultores appareamus, cum timore et tremore
propriam salutem, operemur, saecularibus bonae conversationis exemplo praecedamus, posteris
que laudabilis vitae odorem, reliquamus. Quod omnium, gratiarum, Distributor largiatur.
Pater, Filius et Spiritus sanctus.

Mense Julio labores sunt in exteriori edificio ad perficiendam, superiorem, partem, Cella
quoque ordine quinta, orientalis partis prima, usque ad primum tabulatum, perducta est.
Insper in ecclesia fossa fundamentali ad egerendam, luteam, terram, in magnam cetera
stramine laboratur. Tempore hoc 5 novae casulae diversi coloris, non serica tamen materia
paratae sunt. Pulvis in aera ex simili materia et pannus super pulpitem, V. P. Martinus
procurator, reversus ex Austria retulit scilicet ornamenta ecclesiae, quae A^o 1631 Aggspaci
evexerat. Desiderata vero sunt plura pretiosa ex his, quae P. Philippus Russek Prior
domini Aggspacensis donavit absque consensu ven. conventus, imo absque situ et consensu
V. P. Visitatoris Hilariensis, cum tamen duorum mensium spatium quo ibi haesimus, tantum,
numerata pecunia pro qualibet persona persolveret, quanta, annue solvi non solet. De
relictis Aggspaci haec potissimum sunt: 5 novae casulae, una rubri coloris holoserica pul-
cherima, tres sericae variis coloribus, una aerei coloris variis liliis et floribus distincta,
sed non serica, antependium ejusdem coloris et pulvis in ar. Praeterea 2 antependia serica
fimbriis aureis et argenteis ornata. Albo plures insignes: ex 8 enim procurator usam
solam retulit. Crucifixus ex ebore, Panni 2, nunc unus super in armorem, lapideum,
refecti Fundatoris Aggspacensis ponitur. Ut plura a me non notata desiderantur. Vide
a^o 1631, mense nov. 8 die.

Rursum secunda fuga A^o 1634, mense julio, pretiosiora ornamenta Budoviti
Boemiae reliquerunt: utrum omnia relata, mihi non constat; nam in Boemiam, remissus

Christe juva, Genitrix tu quoque Diva a fave.

Sic tandem post tot annorum curricula primus Ecclesiae lapis positus est. Et quidem si ante omnia alia aedificia fundamentum, Ecclesiae positum, esset, duo pulcherrima sacella unicuique ornamentum totius monasterii non sub tectum, majoris Ecclesiae contracta fuissent, ceteraque aedificanda aedificatis aequali spatio respondissent. Porro erroris auctor Prior, qui neglecto ligno exactissimo exemplari, et didactis que optimis, Fioratum, extulit altius quam, delineati conventus forma praecebat. Sequitur mensis Aug. et sept. quibus Ecclesiae fundamentum, profundissimum, et latissimum, usque ad chorum, conventuale, terae aequatum, est. Insuper piscinae carolineae sumptuosae perfectae sunt. Propter vero defectum, materialium, maxime hostiles Silesiae incursiones, multum, de aedificationis industria remissum, est. Tandem, pridie festo s. Martini fundamentum, tertius Ecclesiae absolutum, est. Pridie non. nov. M. ambraeo ad Castri V. M. Castellum, Waldicensem, missi sunt VV. PP. Marcius Stralung et Franciscus Herbst, uterque prof. domus Althaimensis Franconiae Prov. illi Alsbata, hic Franco Herbipolensis. Hoc insuper a. 1632 usque ad festum, s. Martini aeternam, sive aula in medio Prioratus magnis sumptibus strata est, atque testudo ejusdem, figuris ornata. Intra etiam, monasterium, iuxta hospitium, stabula pro futuro praedio inchoata. Reliqui labores aut ordinarii aut minuti.

VIII Id. Dec. ultra 300 equites nostri exercitus in Radym et vicinis pagis pernoctantes, subditis nos, pauca damna intulerunt. Sequenti die 7 Idus iuxta tabernam, vitem, monasterii nova stabula futuri praedii ignis fortuitus vel subpositus deperditus est. Interim, equites discedentes 8 equas subditis abstulerunt. Damnum, praeterea, 200 imperialium, excedit. 16 Kal. Jan. V. P. Jacobus Bilagius Osnavannensis Dioc. totus diuturno morbo debilis, extremam,unctionem, petiit, qua credo et confiteor. Dicens, sensibus integris, rite perunctus est. 14 Kal. Jan. circa horam octavam, mane officio loquelae destitutus est, ceteris sensibus, auditu, visu, tactu probe utens. Eandem, circa quintam, pomeridianam, vicario praesente, haud magna signa doloris corporae infirmitatis monstrans, placide exspiravit, octatis 53 annorum. Hic V. P. plurimis annis maximos labores imposuit in describendis praecipuis operibus V. D. Joannis De Indagine, qui aetate B. Dionysii Cantuar. nostri celeberrimus scriptor vixit. Porro descripsit libros memoratos ex exemplaribus ipsius Joannis Msc., vix alteri legibilibus ut ipse vidi. Morit vero labores suos ante biennium, Coloniam, Urbium. Denique instigator fuit novae bibliothecae Castellanae Waldicensis. Primus sepultus est in nova haec Castellana Waldensi, in ambitu prope januam futuri coemeterii, loco ridentem, consecrato 13 Kal. Jan. hora 4.

Insuper hoc A. 1632 mortui sunt in Austria V. PP. Matthias et Petrus, ille Maurbaci, domus illius vicarius. Fuit vero hic P. Duce. listadensis oriundus, prof^{us} D. Ratisbonensis For^{ae} Transisive, varia ^{et} conditione instructissimus, ut pro te plurimis ante annis in civitate (S.) vixerat. Missus est primus superior in Moravian, ad novam plantationem, Stipensem, atque Olomuticam, V. PP. sociis a rebellibus incarceratus est. Post victoriam, Pragensem, translatus est huc in Boemiam, et primus hujus fundationis Waldiensis idem, superior fuit Gochini. Verum paulo post a Georgio Facelio visitatore in Austriam abductus. Alter vero V. P. Petrus Bigerus prof. Moguntinus, Duce. Leuicensis, cum eodem, P. Matthia ex primis habitatoribus Stipensis fundationis, fuit similiter Olomacii (senectute 70 fere annorum) a rebellibus innocenter plane incarceratus. Post dismissionem, Aggipacum tandem venit, ubi hoc anno obiit.

Denique hoc anno 1632, Princeps fundator hyemali tempore militem congregavit, verno Pragam recepit, aestate Regem Suevicum prope Nurnbergam detinuit, autumnus mense nov. prope Lypsiam, in Missia proelio decitavit: quo certamine plurimi bellicosissimi viri ab utraque parte conciderunt: a nostra, Abbas Fuldensis Princeps Imperii, inchythus heros Comes Papenheimeus et nobilissimus Capitaneus Bertholdus a Waldstein, consanguineus chariss^{us} Generalis, notus Fundatoris. Ab hostium, vero parte proter alios, ipse inceptor, auctor ac fons tantorum bellorum, Polonice Germaniceque, Suevicus Rex Gustavus, dum solita audacia fumosam, nebulam, explorandi causa ingreditur, plures sclopeti lethales ictus accepit, quibus brevi occubuit. Unde de illo occiditur:

Gustasti Imperium, hinc Gustare per annos,
Gustasti mortem, gustus is usque manet.

Omnipotens clementissimus Deus qui huic anno tristissimam, initio faciem, ostentante, firmiora latera in multis Germanice partibus tribuit, et hostium, anni exitum, indulget, pro immensa pietatis suae largitate annum 1633 foelissimum, concedat, et in Germanicis cunctis circulis sanctiss^{imae} Unitatis debitus cultus restitueatur, et supremis Potestatibus obedientiae subjectio exhibeatur, ac omnes in eam, de 1 X^{ta}na Religione sentiant, sublevis unctis schismatibus atque erroribus haereticis. Omnes inquam, unanimi consensu in sanctis operibus ac pietatis studiis coalescant. O Alma Unitas, unus verus Deus, Pater, Filius et Spiritus S^{anctus} praestet, ut huic sanct^{issimo} operi tandem, solidissimum, fundamentum

ponatur. Nunc demum annus, 1632, quo haec cartusia Castr. B. V. M^{ae} Waldensio 5,
non. Julii primo a personis Ordinis Cartusie habitari cepit, binis chronographicis idem
indicantibus, claudo:

Confert optatos termos tibi Julius ortus,
Cartusiam Castr. Cartusiane colas.

℥

Inferet optatos termos sic Julius ortus.
Cartusiam Castr. Cartusiane colas

Annus Domini 1633. —

A^o Dⁿⁱ 1633 quinto Idus Jan. V. P. Prior Pragae profectus est invitatus a Fundatore: qui bina
vice graviter eidem locutus de statu monasterii, structuraeque ejusdem, maxime concernente. Pecuniis
annuas in hoc negotium, sufficientes Cameram, dare mandavit: nec modicus lapidum, cumulus
mensis Dec. praecedentis anni vectus est. Verum, ob nubilum, et pluvium, calum, nivibus mox
resolutis, vectura toto fere Januario impedita sunt. Mensibus Febr. et Martio fuit perseverans
siccitas, illo terra gelu concreta, hoc in nonnullis locis sole torrida: hinc grandes acervi
lapidum, pro fabrica accreverunt. tertio Kal. Aprilis mox post solemnia paschalia ambitus
Gallicae regionis quintae cellae, et ipsa cella perfici cepta est. Verumtamen, hoc biennio
pernoctantibus militibus quod subditos, contributionum, exactionibus et contumacis vecturam,
laboribus, ipsi plurimum, his de causis exauriantur. Initio mensis Aprilis anno corrente
conductus est Inspector fabricae Cartusiae, natione Italus: cujus vigilante industria effectum
est, ut integro mense strenuissime laboratum, sit, et sic deinceps. Fundamentum, itaque
muri ambitus istius plagae locatum, est, murus ante quintam cellam usque ad testudinem
perductus, item ejusdem cellae horti murus ex fossa ad bectum, usque absolutus, murus versus
secretum, medius circuitur. Proterea fundamenta sextae cellae septimoque perfecta sunt. Insuper
tertia pars circuitus muri sextae cellae (quae 2^a seu media partis orientalis est) constructa est.
Struuntur similiter septimae cellae initiatum, sunt autem, sextae cella et omnes reliquae
aedificandae latiores quinque jam aedificatis: cui ratio superior facta, quod forma halesiae
immutata propter altiores, Prioratum, cujus Prior solae causa est. At hinc colligitur utilis-
simum, fuisse, si fundamentum halesiae, imo ipsa halesia ante alia aedificia iudis altam,
muro stetisset. Haec propter posteros, ne imitentur, si animi ^{ad}vertant, quod tam in plano
et commodo loco ullus defectus comminus sit: intelligentes enim vel contempti, vel audit
non sunt. Porro cellae septentrionales omni pene sole destituuntur, nisi vel ambitus
illius partis, vel cellae alia forma aedificentur, immutatione multo futura et salubriori

et pulchriores. Hujus quidem defectus ipse Architectus delineator conventus causa, atten-
dens solum proportionem et ornatum, non autem, solem et auram. Mihi quidem ante
quam, ullus lapis fundamentalis in illa parte locaretur, certissimum, constabat, plerisque
mirantibus, dum indicarem.

Hoc A^o 1633 a festo Purificationis B. V. M^{oe} usque ad festum S. Georgii continua ferme
seu frigida seu calida siccitas perduravit. Ultima septimanâ Aprilis singulis diebus
pluvialis aura fuit. Major autem, successu a 13 Kal. Junii valde frigidus, quo die nivalis,
sequenti nocte secuta pruina et glacies. 12 Kal. Jun., frigus perduravit ningendo.

Mense eodem, maio Princeps Fundator Bicornis fere expleto, Raga Gochinicum, rediit,
octavo Idus post vespas, cum splendido equitatu Cartusian, intravit, quod prima et
ultima quinte Idus vice, post conventualem, cartusiorum in habitationem, contigit. Ultra-
que vice solum, visitavit sacellum, primam, cellam, Piratum, et locum, ubi edifican-
do laborabat. 111. Idibus Kal. Junii in Silesiam, ad exercitum, prospectus est,
ubi totam, aestatem, quiescendo consumpsit. Quod edificia spectat, in aio videri, industria
qua superiore mense fabrica promotâ est. Fundamentum, ambitus aequilonaris ante
octavam, et nonam cellam, scilicet primam, et secundam, partis septentrionalis versus
hortum locatum est, item, fundamentum, ambitus turris, fundamenta quoque fossae
hortorum, septem et septimae collocata sunt, et murus superedificatus. Septima et
septima cella ex media parte abro luteo rudi muro, trabesque super inferiorem partem, cubiculo-
rum positae: insuper terra ex lata fossa orientalis partis usque ad medianam, turrim, ex medi-
tate, duorum mensium, spatio, erecta est, et alia minuta circa orientalem, plagam
effecta sunt. Habes pro 3 cellis allatae, in quibus aptandis fabri lignarii occupantur. Mensi-
bus maio et junio non plus pluviae decidit, quam in agro pluvio die solet: unde magna
penuria in multis locis aquarum. Mense Junio 1633 super quintam, cellam, trabes tecti
positae sunt, murus ambitus ante sextam, et septimam, cellam, absolutus, item, murus
hortorum, retro eadem, similiter rudes muri dictarum, cellarum, fere infra tectum, perducti,
et versus secretum, ad medianam, ceteram partem, absoluti sunt. Insuper magna fossa ad
9^{am} cellam, inchoata, fundamentum, usque ad septentrionaliam, turrim, super terram, produ-
ctum, circa turrim, usque ad terram, absolutum, est et inceptum, quoque laborari in
muro octavae cellae, primae versus turrim, aequilonaris partis.

Mensis julio, novae villae versus montem, caelum, stabula nichocta sunt, translata ex vicinissimo loco extra monasterium, ubi antea combusta fuerant. Hoc jussit fieri optimi fundator, Quo loci si taberna edificatur, non parum, honestate, quieti et pulchritudini monasterii consulatur, eodem, hoc julio trabes pro tectis cellarum, aptatae sunt, murariae et lapideae majorem, laborem, in quinta cella perficienda impulerunt, cui in fine Julii tectum, medium, ex coctis tegulis superpositum, est. Ad haec turris et prima cellae junctae, equilonaris regionis, rudis murus, ultra medietatem, absolutus, in fundamento fossae istius cellae similiter laboratus, est. Verum, et tunc manifeste apparuit, cellis septem tantis, libus solis ingressum, solum, per unam, adversam, fenestram, summaestate patere, qui defectus minori pretio edificando, facillime praecaveri potuisset. Hujus octavae cellae rudis murus mensis Augusto infra tectum, productus et junctae turris cum, ambitu suo, Mensis Augustus sole calidissimo pruitus est, quo in plaga orientali perficienda laboratus, est. Duabus cellis trabes tectorum, superpositae. Quinta et sexta cella tegulis coctis tecta sunt.

X Kal. sept. in pago Studian obiit anus Eva ex maj. Borovnicze oriunda, quae ultra 30 annos villae Radymensi magna industria profuit; et haec ex subditis prima mortua est, quae binas vice catholice confessa est et communicavit, Deus det ut sincera catholica mortua sit, sepulta in cimiterio templi Robans. Circa finem Augusti currus provincis monasterii advehendis, Brunz³ missi, in reditu equites subditis 5 equos abstulerunt. Quo tempore Georgius frater illius Michacelis, qui in Osterlitz moravice obiit (de quo supra) currum, in lapidina onerando, lapis cadendo pedem, videns, inpregit. Mense septembri calida siccitas perieravit, Labores potissimi fuerunt in fenestris tectorum, orient. perficiendis, et ambitus turris meridion., item, camini ejusdem, et ambitus, illum, exterius dealbando, sicuti et 3 calles, septima quoque cella tegulis coctis tecta est, denique supra octavam, cellam, et turrim junctae, trabes positae. In stabulo novo translata praedicti murus perfectus, taberna quoque dejecta et translata. Die 16 sept. ex castris ante Suednicum, Fundator misit ordinationes ad Cartusian, quod in proximo edificandum. Verum, obitu ejus nihil ad effectum, perductum, propter plantationem, tiliarum, ante monasterium, versus Guchinicum. Circa haec tempora pestis contagio Guchinii valde gradata est, et in pagis etiam, nostris vicinis monasterio. Guchinii quidem, illa aestate ultra 500 contagione sublati sunt, ex subditis ad 80, magno Cartusiae novae Damno. Plus tamen plangendum, quod omnes in haeresis erroribus perseverantes. Quod Princeps Fundator illa

estate in Silesia in bellis negotiis egit, cum obscura militavit, nihil in emoro. Omnipotentem Deum deprecans, ut post obitum utriusque amplissimi Fundatoris, Alberti scilicet Alberti a Waldstein, et serenissimi ac sapientissimi Ferdinandi II Imperatoris ad consolationem omnium Christianorum catholicorum, nunc (1637) bella Germanica felicissime terminentur. Siccatas vigens hujus anni usque ad 5 id. octobris perduravit, postea humida, frigida aëra, et nigrere cepit.

VI. nov. oct. ad Cartusiam, Castri B. V. M^{oe} Waldensis venit V. P. Josephus Otto, a Vr. PP. visitatoribus Brunā missus, oriundus ex Marchia Brandenburgensi, frater Ven. Patrum, Martini et Joannis prope Cart^{oe} Gemmensis. Contra ad Cartusiam, Brunensem, Regii Campi missus est V. P. Moacarius Straling Bithemensis prope qui necdum, annuo spatio in Boemia Cartusia vixerat, missus Maurbacho.

Hoc mense octobr. laboratum est in cellis orientalis plagæ, in tecto octavæ cellæ, turris, ambitusque adjuncti. Insuper dum Fundator verno tempore in cartusia esset, jussit Piori, ut domum, exteriorem, procuraturam, cum adjunctis et subjonctis cubiculis transferret ad Prioratū, turritantum, relicta. Quæ ordinatio fuit plurimum, millium (si effectum sortita plenarium esset) dilapidatio. Venius, exterior domus sive procuratura est juxta formam ordinis edificata. Utillissimum, et fortissimum, ædificium. Itrolem, ut liber esset et prospectus versus Gethiniam, et occidentem, ex Prioratu, ad latus ædificari jussa est. Ut in hoc mandato esse quærendo, Pior nimis facilis. Mense siquidem oct. fundamentum, novi ædificii jactum, et ad staturam hominis provehum. Preterea in prædio translato quidem labores facti, extra monasterium, versus occidentem, vigens area, spatium, inter monasterium, relictum, est. Hoc ut Fundator jussit mense oct. et nov. tellis triplicibus circumdantibus septum. Tandem circa festum 00. N. murarii, exceptis 3. Dimissi, potissimum, ob contagionem, Gethinii et in vicinis pagis habitatores defascentes.

Mense nov. in orientali plaga politis lapides in fenestris locati sunt, atque ante 5 cancellam, testudo inchoata. In villa-nova, quæ jam, hoc mense nov. habitatur, quidam labores fiunt. Fossa denique circa vigentem, extra Cartusiam, aream, circa tibus ducta est, atque per petrosam, colliculum, viata excisa. Hoc itaque A^o 1633 tantum labores a 12 murariis facti sunt in fabrica Cartusice, quanti nunquam, precedentibus annis. Mense Decemb. nihil memorabile factum, est. Fundatore Pilsnæ hyemante.

Annus Domini 1634. —

Omnipotens Deus tandem Germanicam avaris bellorum tumultibus fatigatam, propriis viribus atque mutuis dissensionibus exhaustam, squallidam, prostratam, ac ruinam in omnibus fere provinciis militatentem, justis pacis conditionibus, respirare concedat.

A^o 1634 mense Jan. sicut procedenti Dec. instabilis aura perrecaeavit: hinc nulli lapides restisunt usque ad ultimam septimanam Jan. quo cumulus non modicus lapidum, crax

Mense februario aurâ secundâ plures acervi lapidum in hortum conventus transvecti. Toros qd solis aut diurnum? nonne quo altius ascenditur, eo ruina periculosior? o beatus procul negotiis. Ultima septimana ejusdem mensis Februarii tristissimus rumor nos obruit: unde laudatissima facta Fundatoris in his chroniciâ memorata, minime, obscurantur.

Itaque Fundator 3 Idus Jan. Pilsnoe aperte novis rebus studere inventus est. Unde Genera-
litate exutus atque proscribitus est. Inde egram, se contulit, ubi 5 Kal. martii a militibus
Caesareo Majestatis devotis nocte in hospicio bipeuni interfectus est. Eadem nocte ante in The-
sauris proecipuisque compluribus trucidatis. Atque hic finis Alberti Wenceslai Luselii
a Waldsteini, immensi animi viri, atque utinam Cas M^{te} fidelis et non crudelis.

Summa opera in militia, summa in œconomia et summa in Architectura fieri curavit.
Denique plurimo proclarissima virtutes cum non paucioribus atque minoribus vitiis in ipso
contarant, quae aliis (sive aliquis auribus dare, vel in gratas beneficiis haberi velim) ostinanda
relinquo. Nihilominus in aetate, in modum dolore obruit, proæ intentionis opus in eo inven-
tum, tum propter insignes variorum religiosisum, fundationes, amplissimos redditus collatos,
in a magnifica œdificia in publicum ornamentum, imo integram civitatem Gubinensem novam
œdificatam, tum maxime ob fidelissimos cognatos atque affines S. C. M^{te} devotissimos. Quae
nunc sequuntur post mortem Alberti Wenc. Lus. Baronis a Waldsteini Fundatoris contigerunt.

Initio Martii a^o hoc 1634, Commissarius C. M^{te} Comes a Buchaim, stipatus firmâ
custodiâ militum, Gubiniem venit, qui cum debita submissione, reverentiâ ab officiâlibus Alberti
Principis susceptus est.

Eodem mense venit ex Franconia ad Castrum V. Martii Waldicensis V. P. Vitus Herbert
Rector Ilmbacensis. propterea ordine spectat nostra Francis. Mense martio, rebus suspensis, in
fabrica nihil peractum est. Commissarii Cos. Maj. favorem curusice obtulerunt. Eodem mense
5 Kal. Aprilis V. P. Primus Viennens, profectus est ad Cos. M^{te} pro confirmatone fundationis.

Consiliarii et officiales Principis Gethini ab officiis amoti sunt. Verbo tempore milites
Caesariani perim Principatum, Fridlandia pertransientes, in diversis locis collocati fuerunt.
Iudaei Gethinienses aliquot cistas pro meliori custodia Certusiae intulerunt, Verum, 4. Kal.
Aprilis, minor ex illis pretiosas res continens furto sublata est a famulis domesticis (o
dedimus Prioris!). Mense Aprilis nihil laboris in fabrica visumptum est, duntaxat Dolator
in orientali plaga quosdam asseres in cellis affixit. Tono vero tempore misera conditio
hujus Principatus: equites caesarei totum pervagati, incolas percutientes, spoliantes,
egros auferentes ac pauperes varie affligentes. In ipsa solemnitate Paschae 16. Kal. Maii
in nova villa Petzenensi Domini 14 equos et 3 equi sublati sunt, quos tamen magno
labore proster 3 recipimus.

VIII Kal. Maii V. P. Prior ex Austria reversus est, postulata a Coes. M^{te} ad Cameram
Pragensem remissa sunt. Quo 5 non. Maii idem Prior profectus est, et haec omnia ma-
gnis sumptibus, exiguo autem fructu. Mensis Aprilis Anni 1634 Prov^{ca} Austriacae
funestus fuit ob discessum ex hac vita A. V. P. Georgii Heydt Prioris Aggspacensis
et convivii in Prov^{ca} Blun^{ca} sup^{ca} in eritissimi. Insignis hic Petrus patris ne et profes.
Friburgensis Prov^{ca} Rhenaeva existit: singularis modestiae, gravitatis atque charitatis,
divinam humanamque litterarum, eruditissimus, in peregrinis Ordinibus personis
recipiendis et tractandis hospitalitati ultra posseditus, omnes miro benivolentiae
charitatisque affectu suscipiens, optime de Cast^{ca} Casti. B. V. M^{ca} Waldicensis meritis,
primibus fundationem, Hfensensem recepit, postea 1627 hanc Waldicensem, multis bonis
privilegiisque auctam. Plurimis vero annis Provinciam Austriacae ex parte moderatus
est sive consilio, seu frequentibus visitatione. Interim amantissimus quietis, quidquid
temporis de privatis curis, publicisque negotiis superavit, totum piis exercitiis, lectio-
nibus, contemplationibus, precibusque impendit, a curiositate et conviviis ac visitationibus
saecularium alienissimus. Obiit 5. Kal. Maii 1634. —

XV. Kal. Junii V. P. Prior Pragae reversus, nullo itineris fructu. In ejus absentia
equites maximis damnis Principatum affecerunt, etiam nostris subditis potius pars
egrum, sublata est. Verbo tempore sicitas perduravit usque ad finem Maii. Mense
Majo 4. murarii coeperunt extruere murum, interiore, ambitus praeter septentrionalis
Milites propter plurima damna rusticis illata, aliquot pisinas nostras ex piscatibus

sunt, et in domo Radymensi pernoctantes pro pluribus equis arenam arcentes, et disciplina militari non vigente, viantibus vestimenta, ipsa indusia extraxerunt.

IV Idus maii V. P. Prior cum, V. P. Vito Rectore Plombacensi discessit Pragam, qui Pater Vitis una cum militibus profectus est Igram. Mense Junio periculum, imminere visum, ab hostibus (sicuti erat) in finibus Lusatie. Mense Junii obiit in castro Brunensi V. P. Joannes Cleding Cochemensis, prof. P. Moguntiae oriundus Dioc. Leuicensis, Prov. Rhem. qui ex castro Paradisi B. M. in Prussia A. 1626 in Austriam, prov. am venit, et A. 1627 in domo Gen. nicensi cum, Fr. Casparo et Francisco ad hanc Boemiam, residenti, missus est. Inde a sequenti Olomucina, Moraviae. Brevi post tempore a V. P. Priore Brunensi in vicarium assumptus est, ubi a. hoc 1634, nonis Junii, diuturno morbo confectus, occubuit. A. octatis et V. P. prius latinis litteris operam dedit (nam arte ad hoc tempus usque Fistorum, egerat) unde postea ad S. Ordinem venit. Pius semper et in divinis diligens. Utquamvis singulis fere diebus celebraret, tamen ut mihi retulit, debita chartae per psalteria soepe persolvit; unde 1627 ut ipso referente cognovi, duo psalteria ultra debita Statutorum, persolvit. Domus ejus prof. Moguntiae ex hereditate parentum, ultra 2000 flor. percepit; quam celeberrimam, Germaniae Cartusiam, funestissimis temporibus in partem destructam, multum dolemus.

Mense eodem Junio, murarii ambitus interiorum, murum, & altarium in majori ex parte perfecerunt, alterum duorum fere vicorum, staturam, tegentes coctis tegulis. Illis temporibus, nos in periculo militum fuimus: unde quidam nostrum latitare Gochinii vel alibi cogitabant. VI. Kal. Julii 300 equites Caesariani transeuntes, dum equos segetes hordei depascere horreo spatio vivere, damna nobis fuerunt. Mensis Julius a. 1634 tristissimus fuit. Regno Boemico tenens Regia Majestatis Ferdinando, in obidione Ratisponensi detento, hostes Saxones Electore persecute, occupata Sibiria, ingressi regnum, sunt. Occupatis oppidis Cornovia, Boleslavia et vicinis, Pragam tetendunt. In arcibus Schall et Kostrelita sunt exigua praesidia, quibus occupatis arcibus qui a vicinis cartusiae sunt et Gochinis, discesserunt honorabiliores viri saeculares, etiam VI. PP. Societatis praeter duos, VI. PP. Cartusiani; excepto Fr. Casparo Binsfeldio, qui vere a pericula expectare obnixè rogavit, fugas frequentes exosus habens. Profecti sunt Patres nostri Pragam, inde Budwitziam, ubi Prior cum famulis profectus est Gemnicum, VI. PP. conventuales Brunam. Post discessum, qui contigit circa festum S. M. Magdalenae, mense Julio, 30 circiter equites Gochiniam, non introentes, ante divisum re: pers

equos in pagis rapuit, pars ante Cartusiam a militibus excepta, tamen fidem fallens,
in villa Radymensi equos 6 et 4 pullos insignes abstulit: fuerunt de equitibus Francisci
De Melon, nam Regines-Bradecii eos vidi. Milites vero Saxonis in pagis PP. societ. plures,
in monasterio prope Iselstadt 4 vacas abstulerunt. 3 Kal. Aug. dum tria vasa vini Gechi-
nio archeremus 10 equalibus, equites aris Kostentensis ante praemonita, prope monasterium,
currus invadunt, tribus nostris sclopetariis bombardas auferunt, januam monasterii
confringunt, ferramenta, pisces siccatos, & horologia et alia quaedam auferunt, in Prioratu
mensas magni pretii confringunt. Fr. Casparus non agnitus in seculari habitu subdit
se, in quinta cella delitescens. Aurigas cum curribus et 10 equalibus in arcem Kostententis,
aurigae cum 5 equalibus suis curribusque liberati sunt, amissis vinis et equalibus 5 mona-
sterii. Fidei Kal. Aug. 30 circiter equites ex Schallensi arce venientes Gechiniam, reliqua
nostra vinia abstulerunt, spoliantes altera vice Collegium boum et stercorum ven-
ditorem, capientes, fidelissimum Patribus studiosum. Quoniam vero hostes prevaluerunt
in illa regione, Coesariensis Responsoe occupatis, et Regoedentis, idco 3 nonarum Aug.
Fr. Casparus ex arce Pegkensi contulit se Regines-Bradecium, ad V. PP. Franciscos.
V. Idus Aug. equites hostilis exercitus Gechiniam spoliantes, quosdam lethalibus vulneri-
bus afficientes: ex quibus pauci obierunt. Oppidum idem, equites spoliaverunt, atque in
vicina regione equos, vacas, pecora rapuerunt. Nemo in vicinis cartusiae pagis remanere
ausus, Cartusia tota desolata. Plura tamen rustici quam milites cartusiae detrimenta
intulerunt, frumenta, instrumenta atque ferramenta, omnia denique utensilia etiam
in vicina villa surripientes. Mater Michaelis Bisfeld quae cartusiam custodivit: torta est
et alii plures, Haec cartusia tota deserta, quae non milites, rustici abstulerunt.

18 Kal. sept. venit nuntius Regines-Bradecium, a suis seu Burggraviis nostris
Martino Radymensi et Mathaeo Pegkensi missus, ferens ad Fr. Casparum, miserum
statum, dominii Radymensis. Milites hostilis exercitus in aribus et oppido Gechinis
remanentes. Quo cognito, dum spes celeris reditus ad cartusiam, consideret, altero die
post gloriosissimae V. M^{ae} Assumptionem, Fr. Casparus assumpto eodem nuntio Michaeli
profectus est ad Cartusiam, Brunensem. In itinere prope Ithut am, oppidum in sylva, 3
rusticorum servi iter observantes, instar latronum, pecunias exegerunt: quibus ne securi et
bombarda nocerent, 5 flor. dati sunt, pileum quoque deciditum rapuerunt, sic in columbis

15 Kal. sept. cum famulo et equo ad Regium, campum, pervenit. Invenit ibidem omnes VV. PP. conventuales, qui Buduicci a V. P. Pione discesserant. Porro V. P. Joannes Luxechius Pomeranus brevi male habere, postquam ante 3 septimanas Brunam venerat, cepit a Dysenteria laborare ex fructibus nimis sumptis, solidis cibis neglectis, sicuti semper facere consueverat. Tandem in festo S. Bernardi dum melius valere visus, letus et integer sensibus exspiravit. Fuit hic ven. Pater haereticis parentibus natus Starogardise in Pomerania comitantibus, mater a linea attingit Philippum, Melancthonem, eruditissimum, quidem virum, sed nocentissimum, Martini Lutheri adiutorem: avia vel proavia soror fuit. Ipse Joannes apud VV. PP. Societatis litteris operam datus, conversus est, ac Olomucii Moraviae cartusianus factus. Ad cartusiam, Waldicensis, Boemice a^o 1626 missus, post dies esse fugas ob hostes semper remissus, et nunc Brunam remittendus, si supervivisset. Ante obitum, generalis confessionem, peccandi iur, etiam extremam unctionem, exoptasse. Sepultus est in Regio Campo. Cartusia Brunensi, juxta V. P. Joannem, Clading vicarium, domus, prof. Moguntinum, eodem a^o ibidem, mortuum.

Linea festum S. Bartholomaei Apostoli, missi sunt in Austriam, ad V. P. Visitatorem, a V. P. Christophoro Leopoldo Pione Brunensi, V. P. Thomas Lucius, et Casparus Binsfeldius, et Franciscus Herbst cum VV. PP. Joanne et Antonio ex domo Brunensi, mittendis in cartusiam Sutzensi. Maurubacum, essent, vespere supervenit V. P. Visitator Hilarius, et P. Philippus Prior Waldicensis. Nos in diversas domos divisi: V. P. Thomas Lucius jussus est Maurubaci consistere, et Casparus Binsfeldius Aggopraem, missus, et Franciscus Herbst in Gemnicum, ad sumptus 2 VV. PP. mittendis in teitz. Remansit vero V. P. Martinus vicarius in domo Brunensi, in eadem mittendus Olomucium, ad domum professionis suae. Porro mense Octobri reversi sunt Brunam in domum Boemice VV. PP. Philippus Prior et Franciscus procurator, qui in Melnick ad viandemiam processit, et multam, collectam, centum circiter unarum, Pragae, venit. V. P. Prior Philippus Brunam ad Cartusiam, Castrum B. M^o Waldic. tendens, prope Cartusiam, ad itum Lombardiae in fine praet. Studiani prope piscinularum, domunculam, a 40 equitibus circumdatus, Descendere jussus ex arce, totaliter spoliatus praeter ea quae habuit in proprio corpore. Cista dejecta, praeter alia etiam, calix ablatus. tres famuli honestissime rediti, usque ad indusium, exiit sunt. 5 equi ablatis, sic in baculo suo profectus est Gschiniam.

Castusia in absentia nostra restata, praeter aedificia vix quidquam relictum est, omnia
vina, equi, boves, vaccae, oves, porci et villis perditâ: quae pleraque conservari ac abducti
potuissent, si Prior dignatus fuisset ordinationem, vel relinquere vel transmittere T. Caspar
nam scribae quibus scripsit, vel noluerunt, vel non potuerunt illo tempore quidquam
ad utilitatem Domus Castusiae prestare, quod Praeter ille Deum, tutissimis diebus poterat.
Nihilominus invidiam bibliothecam mille florenorum libros in Pezka archendo, conservavit,
media parte relicta, amissa, lacerata, dispersa. Item quae circa casulas, ex quibus
60 circa nova et quaedam alia ecclesiae ornamenta cistae omnia inclusae, quae in
Pezka integre servata sunt praeter vestimenta relicta conventus in Castusia abscondit.
Similiter omnia fere stannea pocula, scutellas, orbis. Ab illo tempore discessus mei,
qui contigit 3 kal. Aug: de statu Castusiae Casti B. V. M^{oe} Waldic. nihil certo particu-
laritas notandum, ^{accepti?} praeter paucissima generatim, anno sequenti referenda,
optans omnia exacte assequari. —

Porro ante discessum anni 1634, V. P. Philippus pro fabricâ monasterii ex Camera Ge-
chiniensi jam medietatem pecuniae numeratae 50000 acceperat, propterea 6000, quorum
pensio annua in eundem usum, vestire debuit. Insuper quidquid de conventuali sustentan-
tione superfluit, totum in fabricam insami debuit. Tassus est V. P. Philippus nonnullis
annis se 10000 annuos monasterii redditus percepisse, numquam tamen plures quae
7 ordiⁿⁱ personas in castusiam et residentiam Waldicensi abuit. Unde mirum, quo immensa
illo summae pecuniae pervenerint, cum anno 1634, quo discessimus nequaquam testis
paes monasterii, si aedificanda aedificatio ^{respondere debant,} aedificata sit. —

Annus Domini 1635. —

Quandoquidem anno 1635 ex Aegypciensi Castusia in remotissimam Seitzensem mis-
sus sum, fit ut nihil speciale notandum mihi significetur. Abissus est hyemali tempore
ad castusiam Waldiensem V. P. Petrus ex domo Aegypciensi, propter de lafodiensis Franciscus
Nov^{ae}, aestate vero ex domo Stamboceni V. P. David ibidem, propter et Franciscus conversus
professor domus Seitzensis.

Post subitum Principem Fuldandiae illust. mun. J. Albertum, Fundatorum, cum omnia
bona eius Regia donatio fuerit, sacer ordo ipsam, coesarem, M^{ajestatem} Regem Boemiae per
-datorum, ^{castro} Casti B. V. M^{oe} Waldicensis habere optavit, elegit et suscepit. Inquitque M^{ajestatem}

tanquam Rex Boemice litteras foundationis dedit suo nomine, quae videntur confirmatio
esse superioris foundationis a^o 1627 die 8 Dec. Geckini a fundatore tamen Alberto datae,
nam quae in loca Mo^o fundationis habentur, eadem, pere omnia immutatis non nunquam
verbis continentur in duis Alberti litteris, excepta domo hyaemi prospecte Geckini
(Des Land-Hauptmans-Haus) quam, Cos. Mo^o fundationis suae adjecit. Quae anno hoc
1635, 20 martii Viennae Subtice data esse dicitur.

Litterae foundationis Cartusiae Castri B.V.M^o Waldicensis prope
Geckinium Boemice Ferdinandi II Imperatoris, Regis Boemice etc... A^o 1635, 20 martii.

Nos Ferdinandus II, divina favente clementia, electus Romanorum Imperator semper
Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Boemiae, Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae Rex,
Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniole, Dux
Lucemburgensis ac super. et inf. Silesiae, Wittenbergae et Lechnae, Princeps Sueviae, Comes
Habsburgi, Tyrolis, veretis, Kyburgi et Goritiae, Landgravius Alsatiae, Marchio S. R. I.
Moraviae, Burgaviae, ac superioris et inferioris Lusitiae, Dux marchiae Slavonicae, Portus naonis
et Salinarum, etc... Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore praesentium, et nostro
haereditumque nostro, Regum Boemiae et Marchionum Moraviae nomine, universis et singulis,
ad quos haec litterae nostrae pervenerint, praesentibus et futuris, memoriam commendamus, quae
ratione cum nobis ob singularis divinae providentiae ac opis, quam semper in difficillimis
bellis et adversitatibus mirabiliter experti sumus, nihil magis curae cordique sit, quam
ut vicissim erga divinam clementiam, gratissimi animi nostri publicae extarent monu-
-menta, nobis in mentem venerit, non alia ratione nos Deo gratias habere posse,
quam, ut divini ejusdem nominis cultum, et vitam Rom. cath. et Apostolicam Religionem,
per Regna et provincias nostras propagandam, toto animi conatu susciperemus ac
praesenti hac occasione in honorem praesentis Dei adjutoris nostri, pi^ocellissimi in tribu-
-lationibus nostris, necnon specialem memoriam, cultum, ac venerationem, Interista
-matris V.M^o, monasterium, novum, divinis Castri prope civitatem, Geckin, erigere, erect-
-umque bonis temporalibus sufficienter et cum effectu dotare duximus, prout idipsum
haec nostrae litterae, animo deliberato, sans et maturo, voluntarie ac spontanea, omnibus
melioribus modo, via, jure et forma, quibus de jure fieri debet et potest, ad divini
cultus augmentum, fundamus, erigimus, et in perpetuum, dotamus conditionibus et modis subsequentibus.

Imprimis Ordini huic Cartusianorum pro habitatione commoda, extruendaeque monasterio locum non parvum a suprascripta civitate Gieschin prope vicarium Walditz (quod ex eo Waldicense nuncupatur) cum quibusdam agris et pratis delegimus et assignavimus, nunc et futuris temporibus, libere sine ullius hominis contradictione, utendum, fruendum, fabricam, et constructionem ejusdem monasterii quod attinet, cum hac in parte vigore nostrarum litterarum, ad cameram, Boemiam, De dato 1 hujusce mensis Martii datarum, Ordini sufficienter provisum sit, hic ulteriore repetitione haud opus esse censuimus. Hoc saltem, attingere et memorie mandare visum est, quod dicto Ordini pro habitatione et conservatione rerum, necessariarum, Liberae, Domus, in civitate Gieschin (germanica Des Land-Hauptmanns-Haus dictam) cum omnibus pertinentiis, jure pleno et proprietario assignavimus et vigore presentium perpetuis temporibus habendam, possidendam, assignavimus.

Porro quod attinet fundos illos, quos ad sustentationem corporalem, 18 circiter personarum praedicti Ordinis propter Piores, et procuratorem, destinavimus, hilibimus ipsi ac libere domus arcem Radym vocatam, cum adjacentibus villis; quarum altera prope arcem (Radym vocatam) altera Dvoroz nuncupata, ac prope Robaus sita est, una cum annexis pratis, hortis et 12 pagis, videlicet: Radym, Studian, Lhani, Sobieraz (huc assumpto rustico Danich nominato, una cum equis olim ad dominium nostrum Subliez spectante), Luzym, Zidian, Kyge, Plaucznitz, Huzegdez, Clammek, Hiepranize et Zbas; dictis, eorumque subditis, villis, censibus aliisque jurebus ac pertinentiis. Piscinas vero 4 quarum una dicitur Paekschowski, altera Pago, qui templo pagi Robaus subiacet, cum fluvio ad has duas piscinas ex sylvis radymensibus partim per agros et prata domini Subliez, partim per Cartusianorum fundum, habente, tertia major, quae pago Studian adjacet, quarta prope molam, inferiorem, in Luzym, sylvas itidem 4; quarum una incipit a cauda Strandkanski supra Radym, iuncta arva Radymensia, ad pagum Lhani usque inde supra pagum Clammek et caponam Luzymensem, 16 jugerum, uti signa excisionis demonstrant; altera vero penes sylvas illas nominatas sita est in circulo Lanski, a pago Lhani ad pagum Clammek, per Kalkes ad pagum Huzegdez et arva Sira-sowskicia, 11 jugerum; tertia Clammecensis et Zbozensis dicta, constituit 9 jugera

incipitque a nemore Kuralski et tendit viatim ad arva Clausencem, inde usque ad viam
quae ad arcem Kumburg ducit, inde se porrigit usque ad arva quae spectant ad villam Kum-
burgensem hinc ab eisdem arvis tendit circa montem Kumburg usque ad officinas calis,
hinc eadem via se protendit ad arva pagi Lado, hincque vicissim tendit eā viā qua ad
Złoci pagum itur, perque eadem arva rursum sese ad nemusculum Kuralski reciprocatur,
4^{ta} sub pago Kyge 5 jugerum, incipiens a sylva P. rowet. desu, tendensque declivis circa
sylvas dictorum P. usque ad arva Plantschütz, hinc usque ad campos Zdiaroneses, indeque
rursus modo nominatorum P. sylvas attingit; ita ut omnes haec sylvae in sua dimensione
universim 61 jugerum (quae vulgo vocantur) constituent, cum adiacente rivulo
ad pagum Mepanitz, itemque omnibus hortis, pratis ad easdem villas domini Radym-
ensis pertinentibus.

Ut autem tanto melius dicti Patres Cartusiani sub provisione sufficienti sacris queant
invigilare exercitiis, adjicimus illis ex munificentiā nostra Cesarea regiaque ad pro-
cedentia bona arcem Peczka cum oppido ejusdem nominis, itemque pagos 11: Chota,
Hankowry, pawa-Widonic, major Borowicz, Wiedekow, Wiedekowicz, Stikow, Bielca,
Radkynic, Gernin et Stupneli. Itemque praedia 4: unum in Peczka cum ovili ibidem
existente, 2^{um} in Niedargick, 3^{um} quod dicitur nova villa, 4^{um} Gernin, una cum
adiacentibus piscinis tum majoribus, quarum una nova, altera Wosmicki dicitur,
tum minoribus, quarum illa superior, haec inferior nomine Bulitchschin prope praedium
Peci-hoff; 3^{ta} Radymasch, itemque 3 mediciones prope villam Gernin sitas, rursus
altam piscinam Wosmick dictam, aliam Zakorski et 3^{iam} Bahniwy vocatam. Quibus
adhuc alias 3 piscinas prope praedium Niedargicz adjicimus. Quo pertinent et fluvii
sive rivuli nam. 8: Primus dicitur Krakowicz sub arce Peczka in sylva Krakowicka sca-
turiginem suam habens, perque quadrantem milliaris usque in pagum Bielca tendens,
Alter incipiens in pago Stikow et fluens per quadrantem milliaris usque in eundem pagum
Bielca. 3^{us} originem suam ducens in arvis Borowicansibus et decurrens in fluvios
supra Mithowicz usque in confinia ditensis Lomnity per 4 stadia. 4^{us} in pago Borow-
wicz in ejusdem pagi summitate incipiens, delabitur per quadrantem milliaris usque
ad pagum minorem Borowicz, 5^{us} scaturiginem suam habens in medio pago pawa-Wi-
donicz et decurrens ad molam usque ejusdem pagi per 5 jugera. 6^{us} incipit supra

pagum Stupnei et fluit deorum usque ad viam, quae a Pezka versus Sehornicz et novum
Packam tenditur, 12 jugeribus constans. 1^o cumpit ad sylvam, Paffenburg supra pagum
Widonsy, et decurrit in piscinam quandam minoris Borovicy, quae dicitur Sebkworth et
par 10 jugera, 8^{vo} incipit ab eo loco unde aqua in Petri quondam Schopki molam asserum
deducebatur, et decurrit usque ad molendinum asserum in novo pago quod Sehornicensis
dicitur. Quibus adjiciamus et molendina in eodem dominio constituta numero 5;
1^{um} quidem ari Pezka subjacet, cum una rota. Alterum in pago Biela cum 2 rotis,
annona etiam alia rota ad sciendum os asseres, ubi molitor quotannis 3 senagena ad hunc usum
Magistratum in asseres secare tenetur. 3^{um} molendinum unius rotae in pago Stupnei.
Residua duo ad novum pagum sita, quorum primum Pantowski dicitur, ubi et mola ad
asseres sciendum os annona est, alterum Sehornicki vocatur, omnia haec cum jugeribus et
pertinentiis, prout ante eos ab anterioribus possessoribus possessae et usuratae, sine ulla
cujusquam hominis impedimento. Item quae sylvas 9: una quae vocatur Seikornice
12 jugerum. Altera dicitur Krakowka 22 jugerum. 3^{ta} Wodnozie, incerta est parte
quae ad communitatem pagi Biela pertinet, una cum parte sylvae Ardlo appellatae
trium plus minus jugerum. 4^{ta} supra pagum Radzynie, tangens arva pagi August
S. Joannis unius jugeri. 5^{ta} supra piscinam Medargicy unius jugeri. 6^{ta} quae dicitur
Zelinka, sylva quae Seckowska attingit, 3 jugerum. 8^{va} dicitur Balitzge, quae
novo villae adjacet, 3 jugerum. 9^{na} prope fratum Kowagonski quadrante unius jugeri
constans.

Quod vero latomiam illam, ubi lapides molares ceduntur, concernit, et jus illud ibidem
specialiter reservatum, (ne videlicet ad molendinum in dominio Pezka et Radzyn usum,
lapides molares ibidem petiti, cariori plus quam pro una senagena, sine 10 annis sol-
vantur) in illos cartularios Patres translatum volumus et vigore praesentium transcribimus.

De reliquis supradicta dominia et fructus cum omnibus pertinentiis ad nos spectantibus,
juribus, libertatibus, exemptionibus, consuetudinibus, praerogativis et favoribus, quibus
alii vicini et incolae Regni nostri hereditarie Boemice in bonis et dominiis suis utuntur,
fruantur, potuerunt et gaudent, absolute (nobis et posteris ac successoribus nostris regibus
Boemice solo superioritatis ac imperialis jure reservato) assignamus et attribuimus. Nec
non illa ipsa ab omnibus plane oneribus libera et immuni a reliquisimus; adeo ut si

quae debita, et aliae qualescumque praetensiones in eis reperiatur vel existant, nosmetipsi pro istis omnibus satisfacere, praestare volumus obligatissimi et tenacissimi.

Denique cum collatorum in iisdem supramemoratis fundis numero 5 inveniatur quarum 1^a in Radym, altera in oppido Peczka, tertia in minori Widonie, 4^a filialis ecclesia supra pagum Stupnei, 5^a in medio campo Novoville. Et has quoque auctoritate nostra firma et stabili coepeditis Cartusianis donamus et relinquimus. Et ita omnes hactenus enumerati fundi una cum pertinentiis suis, prout a pluribus hominibus posteritatis causa lustrati et isique sunt, ipsique lapides terminales testimonii gratia ostendent, tam ratione Domini, quam usufructus ad Cartusiam pertinere debent. Et quo commodius praenominati Cartusiani sustentare se possint, damus illis et hanc potestatem, ut braccatorium in dominio Peczka erectum, vel reparare vel in altero dominio Radym novum erigere, ibidemque locum, cum isiam coepere et per suos pagos vendicare possint et valeant sine ullo nostro nostroque hereditum, ac successorum necnon ejusvis impedimento. Tandem, ne religiosi rerum penuria laborent, sed ut hoc monasterium, in diis tam in temporalibus quam in spiritualibus majora sumat incrementa, nostraeque pia intentio ita promoveatur et in perpetuum duret, monachis ibidem habitantibus assignavimus in Domino Kopitno seu Capitel dicto, 20000 flor. perpetuis temporibus ibidem manentium, in quibus annuatim interesse loco 5 procentum computatis, mille floreni illis debebuntur; ejus dimidia pars (5000 flor. videlicet) ad festum S. Georgii, altera dimidia pars vero ad festum S. Galli, anni modo habentis inchoando, et sic deinceps quotannis in perpetuum, certo et sub poena immisionis in dictum Dominium Kopitno, a possessoribus ejusdem praesentibus ac futuris persolvi debent. Volumus etiam, et statuimus ut ea mille istis florenis septa pars, videlicet 166 flor. et 40 cruciflorum, certo altari alicui in ecclesia magistri Cartusiae annuatim applicetur, et in ^{singulis diebus} eo pro nobis, dum superstites erimus, et post obitum nostrum pro animae nostrae refrigerio sacrum celebretur.

Et cum ita coepa nominato Ordini sufficienter (ut speramus) provisum sit, ordinamus, ut et illi Cartusiani monasterii Waldicensis vicinia, non tantum Anniversarium perpetuum, sub diebus obitus nostri celebrent solemniter, Verum etiam missae singulis diebus, pro nobis ac in dylta domo nostra Austriaca devote et religiose peragant.

Ut propterea requirimus serenissimos et charissimos filios haeredes et successores nostros Reges
Boemice, eis gratiose et paterne committentes, ut hanc presentem, fundationem nostram,
fideliter et diligenter mantineant et observent, atque adeo curent, ut ipsa fundatio
suum effectum, et executionem, semper et ubique habeat et consequatur, Nulli ergo
omnino hominum, collegiorum, communitatum, et locorum liceat hanc nostrae fundationis
concessionis, largitionis, decreti et voluntatis paginam violare seu infringere, aut ei ausu
temerario quomodolibet contraire. Si quis autem, hoc attentare presumpserit, indignatio-
nem nostram, vel haeredum, successorumque nostrorum, gravissime se noverit incursum.
In quorum omnium, plenum, et inviolabile robur et testimonium, perpetuum, et auctoritate
Diploma hoc nostrum, manu nostra subscriptum, et sigilli nostri majoris appensione
munitum super omnibus fieri, et repositis Cartusianis assignari jussimus.

Datum, in Civitate nostra Archiducali Viennae, die 10 martii A^o a Partu Virginis 1635,
Regnorum nostrorum, Romani 16, Hungariae 17 et Boemice 18.

Ferdinandus Ad mandatum S. C. M. proprium, Albertus a Kolo-
Guilielmus Com. Schlassatha Reg. Boemice Cancellarius — || — Wrat Traislaben secretarius.

Plura de statu domus Carti B. V. M^o Waldicensis A^o 1635 non ad me perlatas sunt,
quemadmodum, et de duobus annis subsequentibus 1636 et 1637. Postquam per chartam
Capituli gen. V. P. Caspares Bannem, Maubaro remissus est in Boemiam, eodem anno
in cartusia Carti Waldicensis obiit V. P. Philippus ~~Rumek~~ Hunkelius, prof^{us} de ~~h~~epordensis;
Francouise Prov^{oe}, ex Ducatu Luxemburgensi, Dioc. Treverensi oriundus, eodem a^o 1636
obiit in nova cart^{ae} Carti B. V. M^o Waldicensis V. P. Philippus Busseck, primus ejusdem
Prior, cum recenter visitata esset a V. P. Christophoro Lipsio P^{ro}re Brunensi et convisit-
atore Prov^{oe} Austriacae. Fuit v. P. Philippus Busseck nobilis Hassus, ex haeresi
Herbipoli apud arunculum, conversus, et admodum adolescens Cartusianus institutus
complexus, multis laboribus in procuratus a Herbipoli perfunctus; deinde in Austriac-
provinciam pervenit, tandem Rector Cart^{ae} Waldicensis institutus ac primus Prior.
Sic ab anno 1624 usque ad annum 1636 domui illi partim Rector, partim Prior
praefuit: eis excolendis vineis, agris, nutriendis equis, jumentis ac pecoribus salicis-
simis, de quibus actionibus cum in superioribus nimirum fore tractatoe sint,

plura non profero, nisi ultimorum annorum alia innotescant.

V. P. Philippo Bussel successit in Prioratu Waldicensi V. P. D. Bruno Lignonus prof.
et procurator D^e Brunensis Regii-campi, qui a^o 1618 ad inchoandam fundationem
Moraviam stipens eius, cum alio missus fuerat. Vir gravis, modestus ac religiosus,
Deum cum paucissimis annis Cart^a Cast^a B^a M^a Waldicensis procurasset, obiit (ex d^o 1638)

In ejus locum, tertius ordine successit V. P. D. Wilhelmus S. R. Inatus comes ab
Ortenburg, prof^{us} summae Cartusiae, qui venit Cartam Waldicensem 7 circiter annos et
hoc anno 1647 Pragae in domo Cartusiae quam in foro emerat, discessit ex hac vita.
Magnae humilitatis indicia monstravit, et fuit domui illi non parum utilis, nam res,
M^{ti} gratis, res magni momenti ab eodem ^{causa?} impetravit.

Eodem A^o in eadem Cart^a obierunt V. P. D. Martinus Wodicka Muglicensis, morav.
prof^{us} Olomuccensis, qui ab anno 1625 plerumque in residentia et cantoria Cart^a B. V. P.
Waldicensis vixit, saepius illae fugatus remissus. Vir modestus ac quietus, ac ibidem
vicarius, atque procurator, egit. Ipse cum eodem ibidem vixit, hujus animae et aliorum
omnium requiescant in pace. Et V. P. Fredericus Salzbουργensis Dioc. oriundus prof^{us}
ejusdem domus Olomuccensis, excellens musicus, hoc anno 1647 vicarius Waldicensis
obiit.

De ista Cartusia 13 annis nihil per speciale indilatatum est mihi.

Hoc supradictus D Casparus Binsfeldius. —

Pam dictum est (in vita Leopoldi Brumer v. d. Hambach) Cartusiam Waldicensem 1676
die 1. Martii evangelistae, voto vigenti incendio, vix non totam in favillas redactam
esse, ejus restorationi mox desudatum est. — (Hactenus D. Schwegel) —

Cartusia Castri B^{laci} Mariae in Walditz. — 1623. —

(Ex b. Fos. Caput in no volumine msc. 7 provinciarum, Alemanniæ pag. 336 et 33). —)

Domum in Walditz prope Gitschina ad lacum Walditz versus occidentem,
sitam, in supremo ducatu Frislandiae in regno Bohemiae et diocesi Praguenſi,
Ill^lmus Albertus huc obitus Dux Muehdelburgensis Frislandiae et Saginensis^{is?}, Sacri
Rom. Imperii princeps, coelestis maiestatis consiliarius bellicus camerarius,
coronellus Praguenſis supremus, et generalis campi capitaneus construxit atque
opulentissime dotavit anno 1623, Quo mortuo 1634, 15/obruarii ejusque
beneficia addidit Imperator Ferdinandus 3^{us} fundatoris nomen sibi v^{er}
dicavit. obiit 1637, 15/obruarii habens plen. monach., mittam de B^{laci} et an-
niv. perpet. per tot. ord. —

Catalogus omnium Priorum ac quorundam officialium
cartusiae Castri B^{laci} M^{ariae} in Walditz a sua fundatione 1623, collectus
ex cartis capituli nostri generalis. —

D. Petrus prof^{us} I. Moguntiae
alias Rector novae I. in Austria obiit 1625,
D. Michael Polonus prof^{us} I. in Maurbach,
vicarius novae plantationis in Gitschina, obiit 1626,

D. Philippus prof^{us} I. Herbi-
-polis prior I. castri B^{laci} M^{ariae} in Walditz obiit
1637 habens mittam de B^{laci}.

D. Bruno prof^{us} I. Brunoe
prior I. in Walditz obiit 1638. —

D. Joannes Guillelmus Caines
Dorfembourg profus controversiarum prior D. Waldi-
censis ob'it 1847, habens missam de B^{ta} per tot.
ord. conversionis 28. — D. Fridericus profus D. ol-
mucensis vic. ob'it ^{1647?} 1547. — D. Balthazar Anthlitz
profus D. in Brunitz vic. D. in Walditz ob'it 1651.
D. Anthelmus Humpes profus D. gemnicensis vic. D.
Waldicensis ob'it 1667. —

D. Franciscus Herbst profus D.
in Anthcim prior D. Waldicensis et alias D.
Erfordiae ob'it 1664. —

D. Laurentius Wartemburger
profus D. in Gemnico alias prior D. Waldicensis,
Erfordiae, Reatisbonae et in Smals ob'it 1668.

D. Alexius Miksitz profus D.
in Gemnico prior D. in Walditz et consinta-
tus prior in Alcmanniae superioris ob'it 1673
habens missam de B^{ta} per tot. ord. (Hac-
tenus D. Jos. Lopus. — 25 April 1897, —). —

1

Dobner [P. Gelasius] Monumenta Historica Boemiae - Pra-
gae 1764 -

Tom. I. p. 329. n. 85.

Albertus Baro de Waldstein fundat Carthusiam
in dominio suo Lukoviensi prope pagum Stipa.
dat. in castro Lukow. 1. Maii anno 1617 -
Ex apographo chart.

In nomine summae et individuae Trinitatis Patris,
et Filii, et Spiritus sancti Amen.

Ad eiusdem, unicuique Dei honorem, et gloriam,
perpetuamque rerum infra scriptarum memoriam.

Nos Albertus Wenceslaus Eusebius Baro de Waldstein
in Wsetin, castro Lukow, et Hünitz, Invictissimi
Romanorum Imperatoris Mathiae primi, nec non
serenissimorum Archi-Ducum Austriae Maximiliani
senioris, et Ferdinandi Cubicularius, et Constitutus
ab Inlytis Statibus Marchionatus Moraviae Colo-
nellus, sive supremus ductor trium millium Pe-
ditum Armaturae Germanicae.

Notum facimus tenore praesentium universis
et singulis quorum interest, seu interesse poterit
quomodolibet in futurum. Cum, sacro testante
eloquio, hic viatores atque peregrini existentes
non habeamus civitatem manentem, sed futura,
quam firmiter credimus, nobis sedulo inquiren-
da sit: ideo expediens ac summe necessarium cense-
tur, ut durante huiusmodi praecipitis peregrina-
tionis nostrae itinere, ac intervallo momentaneo,

ea semineius in terris, quae cum multiplicato fructu metere et colligere valeamus in coelis, nobis, que iuxta veritatis monita de mammona iniquitatis amicos faciamus, qui, cum hic defecerimus, in aeterna nos tabernacula tanto benignius admittant. Sic enim optime recondimus in coelis thesaurus incorruptibiles, ubi ros nec aerugo consumere, neque tinea demoliri, neque fures surripere valeant: si terrena cum coelestibus, et transitoria isthaec atque caduca cum aeternis felici commercio commutemus.

Quapropter, praemissa omnia sollicito animo revolventes, diligenterque cogitantes quo pacto Omnipotentis Deo ex facultatibus temporalibus a divina benignitate nobis concessis primum aliquod, ac dignum obsequium praeparare possimus, quod nobis adhuc inter vivos existentibus vigeat, et post vitae huius nostrae incolatum non minuat, sed firmum et constans permaneat, maioraque in dies sumat tam in temporalibus, quam in spiritualibus incrementa: deliberatione matura praehabita, certo apud nos constituimus infra scripto modo et spiritali lucro talentum a coelesti patre familias nobis concreditum aliquo saltem cum foenore, sicut servum Dei fidelem decet, reddere. Ideoque ad honorem Omnipotentis Dei, eiusdemque intemeratae Matris Virginis Mariae, omniumque Sanctorum cultum ac venerationem, nec non in specialem memoriam sancti Brunonis Confessoris Fundatoris ordinis Carthusiensis, Monasterium novum eiusdem ordinis in dominio nostro Lutoviensi non longe

a pago Stipa nuncupato funditus erigendum, atque sic erectum ex bonis nostris temporalibus sufficienter, et cum effectu fundandum, et dotandum duximus, prout per praesentes animo provido et deliberato voluntarie ac spontanee, omnibus melioribus modo, via, iure, et forma, quibus de iure melius fieri potest ac debet, idem monasterium ad divini cultus augmentum fundamus, ac dotamus modis et conditionibus infra scriptis.

In primis XXX millia florenorum paratae pecuniae Moravici valoris, per XXX grossos florenum, grossum vero per VII denarios albos computando, eidem Monasterio Stipensi in veram legitimam dotem ac patrimonium donamus, et tribuimus, plenoque iure, nihil nobis aut heredibus et successoribus nostris inde reservando, applicamus, et inscribimus: volentes ac statuentes, ut summa ejusmodi statim in censum reemptivum perpetuum elocetur sic, ut ex singulis centenariis annuatim VI thaleri, ex tota summa XXX millium florenorum MDCCC floreni ejusdem numeri Monasterio eidem census annui, modernis et futuris temporibus proveniant, annisque singulis per duas medietates, hoc est, per DCCC florenos duobus distinctis terminis, videlicet in S. Georgii de mense Aprili, et S. Wenceslai de mense Septembri festivitibus irrefragabiliter pendantur, atque ab emptoribus, quibus summa talis locata fuerit, ipsorum opera et expensis, sicuti juris et moris est in hac provincia, ad Monasterium Stipense transmittantur, et importentur. Quem quidem censum Prior dicti Monasterii in sustentationem et fabricam ejusdem

Conventus nec non ad alias quasvis res necessarias
 coemendas convertere poterit. Quod si quandoque
 contingeret aliquid ex censu praefato ultra prae-
 dictas necessitates superesse, volumus omnino, et
 conscientias superiorum dicti loci ea in parte oneramus,
 ut id nequaquam distrahatur ullo in casu,
 sed ex residuo statim alius census comparetur,
 sic ut crescente summa capitali reemptitia pro-
 ventus quoque annuus augeatur, maiusque com-
 modum atque bonum Monasterii in dies crescat, et
 ampliatur.

Secundo pro faciliore sustentatione dictorum Car-
 thusiensium praedium, sive Allodium, quod in pago
 Stipa hucusque habemus, eidem Carthusiae stipensi
 donamus, et appropriamus cum omnibus suis perti-
 nentijs, hoc est cum universis et singulis agris, pra-
 tis, fluviolo, sylvula, et hortis ad id spectantibus,
 sic ut quemadmodum nosmet haec omnia possedimus
 hisque usi sumus, ipsi quoque, nulla re prorsus in-
 de excepta, libere et plene possidere, usque uti
 ac frui possint ac valeant. Quod si ultra praedicta
 aliquid aliud de pratis, sylvis et hortis eidem
 Carthusianis ad dictum praedium a nobis, vel here-
 ditibus, aut successoribus nostris possessoribus Domini
 Lukoviensis datum, ac donatum fuerit, vel ipsi
 a subditis plura id genus pro usu suo coemerint,
 nullum propterea tributum, seu servitium cuiquam
 hominum praestare, neque ullum censum pendere
 debebunt futuris perpetuis temporibus. Ad haec
 Priori, et conventui dicti Monasterii damus, et tribui-
 mus partem sylvae eidem Monasterio adiacentem, ut

ea pro libitu suo utantur absque ullius hominis em-
pedimento, quae quidem pars sylvae incipit a via
armentaria Pruhon dworsty dicta, qua pecora
supradicti praedii expelluntur, usque ad viam foren-
sem sive Czestahorva nuncupatam, et inde usque
ad foveam Lupinam dictam, iterumque a fovea Lu-
pina usque ad agrum iudicis Kostelecensis.

Praeterea eidem monasterio Stipensi donamus mo-
lendinum nostrum in pago Kassarava, quod Mlyn Opi-
czorsty nuncupatur, et terram ibidem sciendendis asseri-
bus seu tabulatis idoneam unacum universis agris,
sylvis, et pratis ad praedictum molendinum spectantibus.

Concedimus quoque iisdem Carthusiensibus liberam fa-
cultatem accipiendi in omnibus sylvis totius Domi-
ni Lukoviensis ubicumque eis placuerit, ligna crassa,
sive trabes, aut truncos pro asscribus, et tabulatis
in praedicta terra ad usus Monasterii sciendendis
necessarios seu necessaria. Tisdem insuper imperti-
mur plenam et absolutam libertatem pasendi pecora
dicti Monasterii per totum Lukoviense Dominium
in sylvis, nemoribus, agris, pascuis, aliisque locis
glandiferis, ubi quercus et fagi habentur, libere et
absque ullius pretii solutione, aut census cuiusque
exactione. Similiter annuimus et consentimus, ut
habeant piscationem liberam in omnibus fluvij ac
rivis ad praefatum Dominium spectantibus, nec non
ut possint pro foco et fabrica, aliisque propriis eo-
rum necessitatibus, quocumque tandem nomine illa
censeantur, ligna ex omnibus saepedicti Domini
Lukoviensis sylvis, et nemoribus gratis et absque pretio
extrahere, nullo prorsus loco excepto, idque sine

cujusvis hominis contradictione sive impedimento.

Habebunt quoque potestatem et licentiam per totum
 Dominium Lukoviense eruendi, seu erui faciendi lapides
 omnis generis tam murales, quam sectiles pro
 fabrica, calce, aliisque suis propriis necessitatibus.
 Nec non extruendi domos, areas, sive casas in
 omnibus locis dicto Monasterio appropriatis, et in
 eas homines sive incolas introducendi, qui servitia
 quaevis ipsis tantum Carthusiensibus praestare, nulli
 que alii hominum subesse, aut homagio sive subie-
 ctione obligari debeant praeterquam Priori et con-
 ventui saepe dicti Monasterii. Ex supradictis vero
 eorum subditis, necnon ex praedio, molendino, ac
 summariter ~~et~~ ex omnibus eorum rebus, et bonis
 Domini et Possessor Lukoviensis omnes et uni-
 versas bernas, atque contributiones tam provin-
 ciales, quam Caesareas sive Regales, quaecumque
 tandem illis impositae fuerint, de propria sua
 bursa solvere teneatur, neque sinat ullas
 illis molestias inferri, sed partem quae ipsis
 Carthusianis imponetur, de suo proprio nume-
 rare ac persolvere debebit. Istius proinde
 fundationis, dotationis, et dispositionis ad lau-
 dem et gloriam Dei omnipotentis, gloriosissi-
 mae Disparae Virginis, S. Brunonis, totiusque
 caelestis Curiae factae prosperum successum,
 quemadmodum futuris temporibus perpetui sta-
 bilem, illibatum, florentioremque in dies fore
 unice optamus, ita heredes quoque, ac successores
 nostros, Dominos et Possessores toties dicti
 Lukoviensis Domini, ut et ipsi debito devotionis

fervore, atque erga Religiosos ordinis carthusiani
 benignitate atque charitate permoti fundatio-
 nem et ordinationem hanc nostram maturo con-
 silio factam manebant, continent, promo-
 veant, et pro pietate sua augere non negligant,
 etiam atque etiam, amore Jesu Christi Dei
 et Salvatoris nostri (cujus solius hic causa
 agitur, et gloria quaeritur), oramus, et obtesta-
 mur, atque eo nomine conscientias quoque
 eorum oneramus. Quod si vero aliquis eorum,
 sive alius quivis hominum, suadente cupidi-
 tate malorum omnium radice, huic nostrae
 fundationi contravenit, bonaque, census, iura,
 fructus, et emolumenta, seu obventiones quocum-
 que per praesentes litteras dicto loco, et ordini
 Carthusiano data, donata, et appropriata, sive
 in posterum per nos, seu alium hominem ad
 augendum ibidem cultum divinum danda et
 approprianda, quae in saepedicti Monasterii
 et conventus stipensis necessitatem et usum con-
 verbi debent, a Monasterio alienare, aut in
 proprios suos usus convertere, sive monachos
 Carthusienses in perceptione eorum impedire, aut
 quovis modo (maxime circa officia divina re-
 cte persolvenda) eos molestare praesumpserit:
 is anathemati, et maledictionibus, omnibusque alij
 censuris et poenis temporalibus et aeternis, contra
 iniquos usurpatores beneficiorum ecclesiasticorum
 praedem ab Ecclesia in sacris canonibus et oecume-
 nicis conciliis latis et declaratis subiaceat inuoda-
 tus, et nisi resipuerit, ac restituerit, in extremo

iudicii die districtam propterea rationem reddi-
 turus Deum severum iudicem tibi adversum
 sentiat, omnesque sanctos Dei contrarios habeat,
 et tandem cum Juda traditore Salvatoris, omni-
 busque membris diaboli in inferno sine fine crucie-
 tur. Ut autem superscripta omnia perpetuae
 robur firmitatis obtineant, Ill. et Rever. ^{num} ^{nam} Princi-
 pem ac dominum, dominum Franciscum S. R. E. cardi-
 nalem a Dietrichstein, Episcopum Olomucensem, do-
 minum nostrum gratiosissimum tanquam loci ordi-
 narium, omni qua decet reverentia, obnixè peti-
 mus, dignetur hanc piam fundationem, inten-
 tionemque, ac dotationem Monasterii praedicti Sti-
 pentis ordinis Carthusiensis, et ordinationem nostram
 in omnibus punctis, clausulis et conditionibus acce-
 ptare, acceptamque approbare, ratihabere, et au-
 thoritate sua ordinaria gratiose confirmare cum
 clausulis opportunis circa huiusmodi fieri solitis et
 consuetis, eademque auctoritate supplere omnem
 defectum, si quis forte ex verborum aut sententiarum
 eum obscuritate aut negligentia quacunque, vel
 errore non affectato, in praesentibus fuisset com-
 missus.

Quod demum ad Jus Patronatus dicti Monasterii,
 et protectionem, ac tuitionem in temporalibus attinet,
 haec omnia nobis tanquam legitimo fundatori,
 nostrisque heredibus Dominis in Lukovo plene
 reservamus, volentes ut iisdem posteri nostri,
 quamdiu sub obedientia Romani Pontificis Christi
 in terris Vicarii vixerint, sanctae Romanae Ecclē-
 siae fidem tenuerint, et hanc fundationem nostram

in aliquo non violaverint, integre fruantur, et potiantur.

Quamprimum vero ab eadem Catholica Romana et apostolica Religione desiverint, et violatores et usurpatores huius fundationis nostrae fuerint, eo ipso facto, iure patronatus, protectionis, et tutamenis privati existant, atque in eo casu ad Ill^l et Rever^{ndum} dominum Episcopum Olomuceyem devolvatur, apud quem, eiusque successores tandem integre, et inviolabiliter permaneat, donec alius verus Catholicus Dominus in Lukov succedat, qui hanc fundationem, et dispositionem nostram in omnibus suis punctis, et clausulis observet, et re ipsa teneatur.

In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem, testimonium, et perpetuam stabilitatem haec fundationis et dotationis nostrae litteras manus nostrae propriae subscriptione, sigillique nostri maioris appensione communitimus.

Datæ in castro Lukovo die prima mensis Maii anno Domini MDCXVII^{mo}.

Ibidem, pag. 334, n^o 86.

{ Melioratio fundatae Carthusiae Lukovien-
sis in Moravia ab Alberto de Waldstein
praestita. dat. Lukovo 1. Maii anno 1617.

In Nomine Domini, Amen.

Nos Albertus Wenceslaus Eusebius Baro de Waldstein, in Wsetin, castro Lukovo, et Pimiez, invicissimum Romanorum Imperatoris Mathiae primi, necnon serenissimorum Archiducum Austriae Maximilianii senioris, et Ferdinandi, cubicularius, et

constitutus ab inclytis Statibus Marchionatus Mora-
viae Colonellus, sive supremus ductor trium nullium
pedum armaturae Germanicae.

Notum facimus tenore praesentium universis
et singulis hasce litteras inspecturis, lecturis et pa-
riter audituris. Quemadmodum divina favente
clementia Monasterium, seu conventum ordinis Car-
thusiensis iuxta pagum Stipa in dominio nostro
Lutoviensi, diocesis Olomucensis, propriis sumpti-
bus ereximus, et fundavimus, maioremque proven-
tuum, et reddituum illius partem in parata pecu-
nia assignavimus: ita non minori cura atque
solicitudine in eo laborandum censuimus, ut divi-
num illud obsequium, quod altissimo de suis donis
ac beneficiis in praedicta Stipensi Carthusia
praeparavimus, non modo nobis viventibus vigeat,
sed etiam post obitum nostrum multo magis flo-
reat, stabileque et perpetuum ad eiusdem Dei ac
Domini nostri gloriam perseveret. Hinc, consi-
derato diligenter praesentium temporum statu,
quo rerum omnium pretium in dies adeo auge-
tur, ut sumptus, qui non ita multis retroactis
annis homini ad vitam honeste tuendam suffi-
ciebant, iidem deploratis iam his temporibus qua-
druplo amplius maiores pro congrua huiusmodi
sustentatione esse debeant, facile ex praeterlapsis
saeculis iudicare licet, futurorum quoque tempa-
rum successu cariora fore omnia, et proinde
crescente victualium, aliarumque rerum pretio, ac
valore, necesse sit crescere etiam vivendi ratio-
nes, et rationes [sic]. Quocirca cum minime velimus,

ut praedictum Carthusiense Monasterium ob reddituum
 tenuitatem aliqua deinceps patiatur detrimenta, aut
 paulatim (quod absit) ad interitum vergat, idcirco,
 animo provido, ac deliberata mente, apud nos con-
 stituimus, ut, pro avertendis eiusmodi futuris defe-
 ctibus ac periculis, Priori et Conventui praedicto Sti-
 pensis Monasterii illico post obitum nostrum
 primo statim anno, ultra omnes alias pecunias
 atque redditus, quos per speciales foundationis
 nostrae litteras eidem assignavimus, dedimus, et
 inscripsimus, adhuc alia XX millia florenorum Mo-
 ravicorum (singulos florenos per LXX cruciferos compu-
 tando) ex bonis post nos relictis dentur, et in pa-
 ratas numerentur, prout tenore litterarum harum
 praedicta XX millia florenorum Moravicorum eidem
 Carthusiae in Stipa, donatione ex causa mortis, ut
 vocant, donamus, attribuimus, et hisce praesentibus
 inscribimus, heredesque nostros obligamus, et obliga-
 tos fore decernimus, ut post nostrum ex hac mor-
 tali vita egressum, primo, ut praemittitur, anno
 XX eiusmodi florenorum millia ex relictis nostris
 saepedicto Monasterio Stipensi nulla interposita mo-
 ra, et absque omni renitentia, aut tergiversatione
 numerent, et persolvant. Quam quidem summam
 in sequentes usus, et non alios converti volumus, or-
 dinamus, et disponimus, videlicet quamprimum
 Prior et conventus saepedicti praefata XX millia per-
 ceperint, statim ea in censum reemptitium in
 aliquem certum et securum locum sive in Mo-
 raviae Marchionatu, sive in Regno Bohemiae, aut
 Ducatu Silesiae dare et locare beneantur, ex qua

Summa receptitia census annuus MCC proveniunt [Lij].
 Hos vero MCC florenos, nulla prorsus ex causa, quae
 humanitus excogitari posset, occurrente etiam quavis
 urgente, urgentissima et inevitabili necessitate, alio
 convertere, seu unquam expendere, sed rursus in
 alium censum receptitium eos dare et elocare
 debebunt ubicunque locorum seu terrarum ipsis
 bene visum fuerit. Atque hoc pacto Summa eo-
 rum capitalis annuatim augetur MCC florenis,
 ex quibus MCC florenis census rursus annuus LXXII
 florenorum obveniet, quos quidem LXXII florenos in
 sequentem usum expendi, et converti volumus, et
 ordinamus. Primum ad magnam Carthusiam annua-
 tim dentur XII floreni, quod tamen sub ea ratione
 intelligi et fieri debet: siquidem redditus et proven-
 tus Monasterii Stipensis annuatim per LXXII flore-
 nos accrescent et augetur, ut ipsi quoque Carthu-
 siani Stipenses singulis annis ad hos XII florenos
 alios atque alios XII florenos magnae Carthusiae
 insuper tribuere et persolvere teneatur^[Lij], videlicet
 ut enchoantes anno primo dent XII, secundo XXIV,
 tertio XXXVI, quarto XLVIII, atque sic consequenter
 annis succedentibus durante^{Stipensi} Monasterio alii atque
 alii XII floreni pro magna Carthusia dandi erunt.
 Ceterum ut constet in quemnam usum proventus
 istos majoris Carthusiae cedere velimus, haec nostra
 est studiosa petitio, et pium desiderium: decerna-
 tur et seligatur altare unum in Ecclesia majori
 Carthusiae, et maior pars huiusmodi proventuum
 (qui etsi in principio exigui videntur, attamen
 temporis successu magna sument incrementa) pro fabrica

et ornamentis eiusdem altaris applicentur, et in eo
 singulis diebus missa una defunctorum pro animae
 nostrae refrigerio celebretur. Reliquam vero eius,
 modi proventuum partem Prior Magnae Carthusiae,
 eo, quo sibi in Domino optime visum fuerit, convertat.
 Praeterea rogamus, ut pro census huiusmodi stabi-
 litate atque certitudine persona aliqua ex ipsamet
 Magna Carthusia a superioribus ordinis deputetur,
 cui Prior Monasterii Stipensis singulis annis ratio-
 nes suas transmittere, plenamque informationem dare
 teneatur, ubinam, et apud quos pecuniae huiusmodi
 receptitiae existant, ita ne propter incuriam for-
 san Prioris saepe dictum Monasterium Stipense in
 redditibus suis debrimenta aliqua patiatur.

Quod si aliquando idem Prior Carthusiae Stipensis,
 motus forsitan aliqua urgentissima et inevitabili ne-
 cessitate, supradictos M^{CC} florenos annuos in alium
 censum non elocaverit, sed in aliquam etiamsi
 gravissimam suam et conventus sui necessitatem
 expendit, in talem, tanquam fundationis nostrae
 transgressorem, Reverendus Pater Generalis ordinis se-
 vere animadvertet, et ut illud quod intermissum
 est corrigatur, et instauretur, pro sua prudentia
 et pietate providebit.

Quantum porro ad LX^{to} illos florenos attinet, qui
 defalcatis XII^{im} ex supradicto censu LXX^{orum} annuatim
 Monasterio Stipensi remanebunt, de illis hanc ordi-
 nationem facimus, et decernimus: Cum in aedificiis
 et fabricis diversis multa singulis annis reparatione
 indigeant, deceatque Religiosos, ultra sustentationem
 congruam et elemosynas, Monasteria et aedes sacras

bene structas, et debito decore ornatas habere, proinde
 de dividuum ejusdem census, hoc est XXX florenis
 (text. florenis) singulis annis in fabricam et aedificiū necessitates
 convertantur. Quod sic intelligendum est, ut expo-
 sitis primo anno XXX florenis, secundo LX, tertio XC,
 et sic deinceps consequenter alii et alii XXX plures
 in aedificiū et structuram annuatim expendant,
 neque hoc, ullo sub praetextu, aut quovis quaesito
 colore, unquam intermittant; quin potius annis,
 ut praemittitur, singulis, XXX amplius et amplius
 florenos in fabricam insumant, monasterium or-
 nent, et fundationi satisfacere studeant. Reliquos
 vero XXX florenos, qui annuatim ad redditus mona-
 sterii augendos obventuri sunt, poterit idem Prior
 Stipensis Carthusiae in quovis usus necessarios sui
 conventus, et in elemosynas convertere, ac de eis
 pro libero suo arbitrio disponere. Et quoniam in
 rebus humanis nihil firmum est et stabile, nihil
 que a periculis est immune, ideo si contingeret,
 quovis modo, casu, seu infortunio, supradictam
 summam XX millium florenorum amitti vel in-
 terire, ita quod summa capitalis Carthusianorum
 Stipensium amplius augeri non posset per MCCC flo-
 renos qui ex eadem summa XX millium florenorum
 annuatim provenire deberent, in eo casu obliga-
 ti erunt saepedicti Prior et conventus monasterii
 toties dicti omnem adhibere operam, et summam ab ea
 sic amissae aequivalentem undecunque colligere, et
 congregare, idque vel ex pecuniis praecedenti tem-
 pore conservatis, et ex residuo, seu augmento
 eorundem XX millium collectis, vel si necdum tantum

(text. florenos)

bene structas, et debito decore ornatas habere, proinde
 de dimidium eiusdem census, hoc est XXX florenis
 Singulis annis in fabricam et aedificii necessitates
 convertantur. Quod sic intelligendum est, ut expo-
 sitis primo anno XXX florenis, secundo LX, tertio XC,
 et sic deinceps consequenter alii et alii XXX plures
 in aedificium et structuram annuatim expendant,
 neque hoc, ullo sub praetextu, aut quovis quaesito
 colore, unquam intermittant; quin potius annis,
 ut praemittitur, singulis, XXX amplius et amplius
 florenos in fabricam insumant, monasterium or-
 nent, et fundationi satisfacere studeant. Reliquos
 vero XXX florenos, qui annuatim ad redditus mona-
 sterii augendos obventuri sunt, poterit idem Prior
 Stipensis Carthusiae in quovis usus necessarios sui
 conventus, et in eleemosynas convertere, ac de eis
 pro libero suo arbitrio disponere. Et quoniam in
 rebus humanis nihil firmum est et stabile, nihil
 que a periculis est immune, ideo si contingeret,
 quovis modo, casu, seu infortunio, supradictam
 summam XX millium florenorum amitti vel in-
 terire, ita quod summa capitalis Carthusianorum
 Stipensium amplius augeri non posset per MCC flo-
 renos qui ex eadem summa XX millium florenorum
 annuatim provenire deberent, in eo casu obliga-
 ti erunt saepedicti Prior et conventus monasterii
 toties dicti omnem adhibere operam, et summam ab ea
 sic amissae aequivalentem undecunque colligere, et
 congregare, idque vel ex pecuniis praecedenti tem-
 pore conservatis, et ex residuo, seu augmento
 eorundem XX millium collectis, vel si necdum tantum

(text. florenos)

bene structas, et debito decore ornatas habere, proinde
 de dividuum eiusdem census, hoc est XXX florenis
 singulis annis in fabricam et aedificiū necessitates
 convertantur. Quod sic intelligendum est, ut expo-
 sitis primo anno XXX florenis, secundo LX, tertio XC,
 et sic deinceps consequenter alii et alii XXX plures
 in aedificium et structuram annuatim expendant,
 neque hoc, ullo sub praetextu, aut quovis quaesito
 colore, unquam intermittant; quin potius annis,
 ut praenittitur, singulis, XXX amplius et amplius
 florenos in fabricam insumant, monasterium or-
 nent, et fundationi satisfacere studeant. Reliquos
 vero XXX florenos, qui annuatim ad redditus mona-
 sterii augendos obventuri sunt, poterit idem Prior
 stipensis Carthusiae in quovis usus necessarios sui
 conventus, et in eleemosynas convertere, ac de ijs
 pro libero suo arbitrio disponere. Et quoniam in
 rebus humanis nihil firmum est et stabile, nihil
 que a periculis est immune, ideo si contingeret,
 quovis modo, casu, seu infortunio, supradictam
 summam XX millium florenorum amitti vel in-
 terire, ita quod summa capitalis Carthusianorum
 stipensium amplius augeri non posset per MCC flo-
 renos qui ex eadem summa XX millium florenorum
 annuatim provenire deberent, in eo casu obliga-
 ti erunt saepedicti Prior et conventus monasterii
 toties dicti omnem adhibere operam, et summam ab ea
 sic amissae aequivalentem undecunque colligere, et
 congregare, idque vel ex pecunijs praecedenti tem-
 pore conservatis, et ex residuo, seu augmento
 eorundem XX millium collectis, vel si necdum tantum

conseruassent, tunc ex alijs illius Monasterii proven-
 tibus; debebantque per aliquot annos, propter
 ejusmodi XX millia iterum congreganda, aliae ex-
 pensae Monasterii cessare, minorque interea
 fratrum numerus alii, donec alia XX millia (ex
 quibus annuatim ad eorum capitalem summam
 M.CC.^{ti} accrescere possint) acquirant. Atque hoc
 pacto Monasterium in vigore statuque suo,
 iuvante Domino, firmum et illibatum consiste-
 re et permanere valebit. His itaque supra
 scriptis modis satis expressum esse confidimus,
 quae nostra sit voluntas de saepe dicta XX mil-
 lium summa post obitum nostrum Cartusianis
 Stipensibus danda, et qualiter illos cum ea age-
 re, facere, disponere, et procedere oporteat.

Quod si quis seors, aut aliter egerit, fecerit,
 disposuerit, et processerit, quam a nobis praesen-
 tibus litteris intentum, determinatum, et expres-
 sum est, aut talia agentes, cum debeuerit, et po-
 tuerit, non impediverit, ideo Deum iustum om-
 nium iudicem interpellamus, et oramus, ut detra-
 hitus, aut tali, illam eandem poenam et ultio-
 nem repetat, quam sumpturus est in illa die
 irae suae de bonorum Ecclesiasticorum usurpatoribus,
 et iniquis eorum detentoribus; siquidem ii, qui huic
 nostrae intentioni contrafecerint, tanquam usur-
 patores fundationis, et nefarii criminis complices
 merito habendi et cespendi erunt.

In quorum omnium et singulorum praemissorum
 fidem, et robor hasce litteras manu nostra propria
 subscriptas, sigilli quoque nostri maioris appensione

munivimus.

Datæ in castro Lukow nostro, die prima mensis Maij,
anno Domini MDCXVII.^{mo}



CG

Dobner - Monumenta historica Boemiae - Pragae. 1764.

Tom. I. p. 361, n. 92.

{ Fundatio Carthusiae Waldicensis in Bohemia,
 { ab Alberto de Waldstein Duce Fridlandiae.
 { Dat. Pragae 8. Decembris 1627.

In nomine sanctissimae Trinitatis, Amen.

Nos Albertus Dei gratia Dux Fridlandiae, sacri Ro-
 mani Imperii Princeps, Caesareae Majestatis Consi-
 liarius Bellicus, Camerarius, Colonellus Pragensis, su-
 premus et generalis Campi Capitaneus.

Notum facimus tenore praesentium universis, ac
 singulis: Cum sacro testante eloquio hic viatores,
 atque peregrini existentes non habeamus civitatem
 permanentem, sed futura, quam firmiter credimus,
 nobis sedulo inquirenda sit, ideo expediens, et
 summe necessarium censetur, ut durante hu-
 iusmodi praecipitis peregrinationis nostrae itinere,
 ac intervallo momentaneo, ea seminemus in terris,
 quae cum multiplicato fructu metere, et collige-
 re valeamus in coelis.

Haec omnia sollicito animo revolventes, dili-
 genterque cogitantes, quo pacto omnipotenti Deo
 ex facultatibus temporalibus a divina benignitate
 nobis concessis piū aliquod, ac dignum obsequium
 praeparare possimus, quod nobis adhuc inter vivos
 existentibus vigeat, et post vitae huius nostrae in-
 colatum non minuat, sed firmum et constans
 permaneat, deliberatione mature habita, certo

apud nos constituimus infra scripto modo, et spiri-
 tuali lucro, talentum a coelesti patrefamilias nobis
 concreditum, aliquali saltem cum faenore, sicut
 servum Dei fidelem decet, reddere. Ideoque ad
 honorem omnipotentis Dei, et intemeratae Matris
 Virginis Mariae, omniumque sanctorum cultum ac
 venerationem, necnon specialem memoriam S. Bru-
 nonis, Monasterium novum ordinis Carthusiani
 (ad quod nos inter alia permovit singularis
 coniugis nostrae pie defunctae dominae, domi-
 nae Lucretiae Nekessiae de Landek erga hunc
 ordinem affectus) in ducatu nostro funditus eri-
 gere, erectumque bonis temporalibus sufficienter
 et cum effectu dotare duximus, prout id ipsum
 hisce nostris litteris animo deliberato et provido
 voluntarie et spontanea, omnibus melioribus mo-
 do, via, cure, et forma, quibus de iure fieri
 debet ac potest, ad divini cultus augmentum
 fundamus, erigimus, et in perpetuum dotamus
 conditionibus ac modis iam subsequens.

In primis ordini huic Carthusianorum pro habi-
 tatione commoda, extruendoque monasterio, locum
 non procul a civitate nostra Gitschin prope vi-
 varium Walditz (a) (quod ex eo Waldicenze nuncu-
 pabitur) cum quibusdam agris et pratis delegimus,
 et assignavimus nunc et futuris temporibus libere
 sine ulli hominis contradictione vel impedimento
 fruendum. Quoad fabricam huius Monasterii
 vigore praesentium nos, nostrosque legitimos here-
 des et successores (casu quo Deus nos ante absolutam

(a) Haec Carthusia hodiecum floret in dylis doctrina et pieta-
 te viris.

fabricam ex hac vita avocaret) obligamus, obliga-
 tosque volumus, ut anno nunc fluente ad aedi-
 ficium hoc auspiciandum e redditibus nostris III. mil-
 lia florenorum patri Priori tribuantur. Per decem
 vero sequentes annos continuos ab incipiente MDCXX-
 VIII. ^{mo} incipiendo, ad usque MDCXXXVII ^{annu} annum, ex pro-
 prio nostro, nostrorumque successorum aere X. millia
 florenorum, quorum quilibet pro LX cruciferis com-
 putatur, ita ut tota haec summa per decem in-
 secuturos annos C. millia florenorum constituat,
 quibus expositis et acceptis ulterius huius aeris
 pensio non excreset.

Deinde ad sustentationem corporalem duodecim cir-
 citer personarum praedicti Ordinis praeter Priorem,
 et Procuratorem tribuimus ipsis, ac libere donamus
 arcem Radim vocatam cum adiacentibus villis,
 quarum altera prope arcem, alteram prope Robaus,
 una cum annexis pratis, hortis, et duodecim pagis:
 Radim, Studian, Lhari, Sobieraz (huc assumpto
 rustico Danik nominato una cum equis olim
 ad dominium nostrum Sulibitz spectante) Turzim,
 Kdiar, Kyge, Plaucznick, Augerdecz, Clamnek,
 Stiepanick, et Lbozy dictis, eorumque subditis, vil-
 lis, censibus, aliisque iuribus ac pertinentiis.

Item tria molendina, superius ac inferius in pa-
 go Turzim cum quatuor rotis, et duabus piscinis.
 Tertium in pago Robaus cum duabus rotis. Pisci-
 nas vero quatuor, quarum una dicitur Patschowsky,
 altera quae pagi Robaus templo subiacet cum
 fluvio ad has duas piscinas ex silvis Radimensibus
 partim per agros et prata domini nostri Sulibitz, partim

4

per Carthusianorum fundum labente; tertia maior
quae pago Studian adiacet; quarta prope molam
inferiorem in Turim. Sylvas etidem quatuor, qua-
rum una incipit a casula Struadkovsky supra
Radim iuxta arva Radimensia ad pagum Lhani
usque, inde supra pagum Chlaumet per Skalkas
ad pagum Augerdez et arva Sirenovskia. Ter-
tia iuxta praedictas sylvas in circuitu Kigoviensi
sita, quae omnes in una circumferentia LIII con-
stituent iugera. Quartam ^[sic] sylvam Chlaumet et
Sbozy, XIV iugeribus (vulgo Skallungen) in sua
dimensione constant cum adiacente rivo ad pagum
Stiepanitz, itemque omnibus hortis ac pratis ad-
easdem villas Domini Radim pertinentibus.

Ut autem tanto melius dicti Patres Carthusiani
sub provisione sufficiente sacris queant invigilare,
adiciamus illis ex munificentia nostra ducali
ad praecedentia bona arcem Peczka unum oppido
eiusdem nominis, itemque pagos undecim,
Lhota, Stankovy, parva Widonitz, maior Boro-
voniere, Widechov, Widechovez, Stikow, Biela,
Radkynie, Czernin, et Stupney. Itemque praedia
quatuor, unum in Peczka una cum ovilibus se-
cundum in Nedarritz, tertium quod dicitur
Nova-Villa, quartum Czernin una cum adia-
centibus piscinis tum maioribus, quarum una
nova, altera Wosmicaty dicitur, tum mino-
ribus, quarum illa superior nomine Bulitzken
prope praedium Neuhoff, tertia Nadimatsch,
itemque tres aliae mediocres prope villam Czer-
nin sitae. Rursum alia piscina Wosmik dicta,

alia Rakopsky, et tertia Baknovy vocata, quibus
adhuc et alias tres piscinas prope praedium Ne-
darzicz adiciamus. Quo pertinent et fluvii, si-
ve rivi, numero octo; primus dictus Krakowitz,
sub arce Peterka, scaturiginem suam habens in
sylva Krakovka, perque ^{quadrantem} ~~per~~ milliaris usque
ad pagum Biela tendit. Alter incipit in pago Stikov,
et fluit per quadrantem milliaris usque in eun-
dem pagum Biela. Tertius originem suam habet
in arvis Borvicensibus, et decurrit in fluvio su-
pra Michovitz ad usque confinia ditionis Lom-
nitz per quatuor stadia. Quartus in pago Boro-
vitz in eiusdem pagi summitate incipiens dela-
bitur ad pagum usque minorem Borovitz. Quin-
tus scaturiginem suam habet in medio pago par-
va Widonitz, et decurrit ad molam usque eiusdem
pagi per quinque iugera. Sextus incipit supra pa-
gum Stupney, et fluit deorsum usque ad vicum
qua a Peterka versus Seikowitz, et Novam Pa-
kam tenditur, per duodecim iugera. Septimus exor-
pit ad sylvam Pfaffenbusch supra pagum Widonitz,
et decurrit in piscinam quandam pagi minoris
Borovitz, quae dicitur Shtkvozebrsch, per decem
iugera. Octavus incipit ab eo loco, unde aqua
in Petri quondam Sekhoptkii molam asserum de-
ducebatur, et decurrit usque ad molendinum
asserum in novo pago quod Tschonice ^{dicitur} ~~est~~

Quibus adiciamus et molendina in eo-
dem dominio constituta numero quinque. Pri-
mum quod arci Peterka subiacet cum una rota
Alterum in pago Biela cum duabus rotis, annexum

etiam alia mola ad sciendos asseres, ubi molitor quotannis tres sexagenas truncorum Magystrum in asseres secare, seu dispescere tenetur. Tertium molendinum unius rotae in pago Stupney, Residua duo ad Novam-villam sita, quorum prius Fantovsky dicitur, ubi et mola ad sciendos asseres annexa est, alterum Geckovsky vocatur; omnia haec cum iuribus et pertinentiis quas olim ipsi habuimus, sine ullo cuiusdam [sic] hominis impedimento.

Itemque Sylvas sex. Una quae vocatur Seykornicæ duodecim, altera dicitur Krakowka viginti duorum iugerum. Tertia Wodnozie, excepta ea parte quae ad communitatem pagi Biela pertinet, unacum parte sylve Hrdlo appellatae, trium plus minus iugerum. Quarta supra pagum Radkynie tangens arva pagi Augerd sancti Joannis, unius iugeri. Quinta supra piscinam Nedarzecz unius iugeri. Sexta quae dicitur Zelinka, Sylvam que Krakowka attingit, duorum iugerum, sola tantum aurifodina supra pagum Stupney sita una cum sylva Zlatnicze, et reliquo circuitu iugerum circiter unum constituyente nobis reservata.

Quod vero Latoniam illam, ubi lapides molares caeduntur, cuius maxima portio ad Dominium Peczka pertinet, concernit, hoc etiam dictis Carthusianorum patribus indulgemus, ut ad molendinorum suorum usum lapides molares indidem petentes nihillo maiore pretio, quam nosmet ipsi, persolvant.

Denique cum et collaturae in iisdem supra

8

enumeratis fundis numero quinque inveniuntur, quarum prima in Radim, altera in oppido Pezka, tertia in minori Widonitz, quarta filialis Ecclesiola supra pagum Stupney, quinta in medio campo Novae-Villae, et has quoque auctoritate firma ac stabili saepe dictis patribus Carthusianis donamus, ac relinquimus.

Et ita omnes hactenus enumerati fundi, prout a plurimis hominibus posteritatis causa lustrati, visisque sunt, ipsique lapides terminales testimonii gratia positi ostendunt, tam ratione Domini, quam usus fructus ad Carthusianos pertinerebunt, ita tamen, ut nobis expresse in iis reservemus ius superioritatis, et controversiae in rebus temporalibus, quasunque personas eae concernunt, pro rei conventi conditione, vel prima statim vice apud nos, aut coram iudicio [sic] a nobis, nostrisque heredibus ac successoribus¹⁾ constituto, vel constituendo ventilentur, vel si in prima instantia quidem determinatae sint, una vel altera pars tamen gravatam se sentiat, ad nos tanquam supremum iudicem, vel locum tenentem nostrum devolvatur, et prorsus in nullo alio, quam in nostro foro, territorio, et ducatu determinentur.

Sic venationem quoque tanquam ad viros, quam maiores feras, nobis nostrisque heredibus et successoribus reservatam volumus, ita quidem, ut quaecumque venandi necessitas postulaverit, et iudicium ab officialibus nostris factum fuerit, ipsi patres Carthusiani subditos suos ad venationes nostras amendant.

textus: superioribus.

Et quo commodius nominati patres Carthusiani sustentare se possint, donamus illis et hanc potestatem, ut Brazatoriam in Dominio Peczka erigere, aut reparare, ibidemque cerevisiam coquere, perque suos pagos distrahere, ac venundare possint, absque ullo nostro, aut successorum nostrorum impedimento.

Quod ad Bernas attinet, vel contributiones, quae fundis et subditis in hoc Bohemiae Regno solent imponi: Caesareas, vel Regales ipsimet Carthusiani a subditis suis exigere, et in urbe Gitschicensi quaestori nostro tradere tenebuntur; a ducalibus vero, quos nos, nostrisque successores, cuius generis, prorsus erunt exempti, et alieni.

Tandem vero ne religiosi rerum penuria laborent, sed ut Monasterium hoc in dies tam in temporalibus, quam spiritualibus maiora sumat incrementa, nostraque pia intentio ita promoveatur, et in perpetuum duret, monachis ibidem habitantibus assignamus ab nunc et in posterum perpetuis temporibus mille florenorum, quolibet pro LX cruciferis computato, annuatim a nobis, nostrisque heredibus ac successoribus ex nostri ducatus redditibus ad geminos terminos persolvendorum, quoad dimidiam quidem partem quingentorum florenorum scilicet ad festum S. Galli anni modo labentis, et quoad alteram dimidiam ad festum S. Georgii anni subsequenti MDCXXVIII. ^{vi} inchoando.

Hoc ipsum autem etiam a nostris heredibus, et successoribus infallibiliter singulis annis, temporibus destinatis, praestari volumus, adeo ut si terminos hosce, unum vel alterum, iusto tempore non acceperint,

protestatem habeant Carthusiani hi[ic] immittendi se in dominium nostrum Kopidlno nominatum, quod una cum pertinentiis, sine ullius contradictione et impedimento, tandem possidebant, et usum fructum exinde capiendo detinebant, donec illis per omnia satisfactum fuerit.

Hanc quidem summam in sequentes usus, et non alios converti volumus, ordinamus, et disponimus, videlicet: quamprimum singulis annis hos mille florenos perceperint, statim ea pecunia in censum receptitum in aliquem certum locum (extra nostrum ducatum tamen, cum habitatores, Barones, nobiles, et oppidanos gravi aere alieno involvi volumus) dare, et locare teneantur, ex qua summa census annui LX floreni proveniunt, quam pecuniam sequenti usui destinamus.

Primum ad magnam Carthusiā annuatim dentur X floreni, et si quidem redditus monasterii propter accessionem mille florenorum singulis annis per LX florenos augebuntur, volumus ut hi ipsi quoque Carthusiani annuatim adhuc X florenos magnae Carthusiae insuper tribuant, et persolvant, nempe, ut incipientes primo anno dent X, secundo XX, tertio XXX, quarto XL, et sic consequenter annis succedentibus, durante hoc Monasterio Waldicensi, alii atque alii floreni X pro magna Carthusia dandi erunt.

Caeterum ut constat, in quemnam usum provenibus istos majoris Carthusiae cedere velimus, haec nostra est studiosa dispositio, et pium desiderium. Decernatur et seligatur altare unum in Ecclesia majoris Carthusiae, et maior pars huiusmodi reddituum pro fabrica et ornamentis eiusdem altaris applicetur, et

in eo singulis diebus missa una pro vivo, dum supersti-
tes erimus, et post mortem pro defuncto, in auiuae
nostrae refrigerium celebretur. Reliquam vero exquodi
proventuum partem Prior magnae Carthusiae eo, quo
sibi in Domino optime visum fuerit, convertet.

Praeterea ordinamus, ut pro census huiusmodi sta-
bilitate, atque certitudine persona aliqua ex ipsa
met magna Carthusia a superioribus Ordinis depute-
tur, cui Prior Monasterii Waldicensis singulis an-
nis rationes suas transmittere, plenamque informa-
tionem dare teneatur, ubinam et apud quos pecu-
niae hae receptitiae (quas nulla prorsus ex
causa, quae humanitus excogitari potest, alio
quam in censum receptitium convertere et expen-
dere volumus) existant, ne ita propter inca-
riam forsitan] Prioris saepedictum Monasterium
in proventibus suis aliqua patiatur detrimenta.

Quod si enim aliquando idem Prior Carthusiae Wal-
dicensis, motus aliqua etiam urgentissima, et ine-
vitabili necessitate, supra nominatos mille florenos
annuos in censum non elocaverit, sed in aliam,
quamvis gravissimam, suam, et conventus sui neces-
sitate expendit, in talem fundationis huius
nostrae transgressorem Reverendus Pater Generalis Or-
dinis severe animadvertet, et ut illud quod inter-
missum est corrigatur ac instauretur, pro sua pru-
dentia, et pietate providebit.

Quantum porro ad reliquam, et quidem maiorem
horum proventuum partem, annuos scilicet quingua-
genos, qui defalcatis decem illis remanebunt, et an-
nuatim in quinquaginta crescent, attinget, hoc poterit

idem Prior Waldicensis Carthusiae in quovis usus necessarios sui conventus; necnon in elemosinas, ut et quandoque in reparationem aedificiorum adhibere, atque de eis pro suo libero arbitrio disponere.

Et quoniam per anniversariam adiectionem horum quinquaginta florenorum tempore suo hi redditus in eximiam summam emergent atque exerescent, ita ut, dispositis et procuratis omnibus necessitatibus totius conventus, portio haud aspernanda remansura sit, ordinamus igitur ac disponimus, ut residua illa portio iuxta cum illis centum mille florenis (qui ut supra dictum est) per decem annos ad structuram aedificii deputati sunt) modo consimili ad aedificii splendorem convertatur, ut hac ratione domus sacra et durabilis et speciosius ac magnificentius erigi queat.

Postquam etiam non abfuerit, quin re bene et oeconomice administrata, non contemnenda pecunia ex usufructu supra nominati Domini Pezka et arcis Radim cum pertinentibus villis, pagis, mo-
textus: intradis) lendinis, piscinis, sylvis eorundemque intratis) superabundaverit, maxime primis annis, quibus religiosorum numerus nondum erit completus, volumus, et in specie saepe dictos huius Carthusiae inhabitatores hoc ipso eo adstringimus, ut non minus hanc superabundantiam, quam illum ex pecunia parata proventum, in splendidiorum huius structurae erectionem, et in nullam aliam rem, bona fide elocent, et convertant.

Cum vero saepius nominato Ordini sufficienter, ut speramus, hac ratione provisum sit, volumus

praeterea, ut Carthusiani illi superius memoratae defun-
ctae nostrae coniugi, cuius corpus in hanc carthu-
siam transferendum curabimus, non solum anniversa-
rium perpetuum sub die obitus, qui fuit XXIII^{us} men-
sis Martii, anni supra MDCXIV, celebrent sollemniter,
verum etiam singulis diebus missam pro eius anima
dicant, quod ipsum et pro nobis, modernaque coniu-
ge nostra domina, domina Isabella Catharina ab Harrach,
cuius corpus non minus hic sepulturae tradetur,
tam quoad vixerimus, tum vero maxime post obitum
nostrum religiose ac devote fieri volumus.

His itaque supra scriptis modis satis expressum esse
confidimus, quae nostra sit voluntas de saepe dicta
mille florenorum summa, qualiter acquiri, augeri, et
cum ea, et redditibus inde provenientibus agere, fa-
cere, disponere, et procedere oporteat.

Quod si quis ex nostris heredibus et successoribus, vel qui-
busvis alijs secus fecerit, disposuerit, et processerit,
quam a nobis praesentibus litteris intentum, deter-
minatum, et expressum est, aut talia agentes, cum
debuerit, aut potuerit, non impediverit, Deum
iustum iudicem interpellamus et oramus, ut de
talibus aut tali eandem illam poenam et ultio-
nem repetat, quam sumpturus est in illa die
irae suae de bonorum ecclesiasticorum usurpatori-
bus, et iniquis eorum detentoribus. Siquidem ii,
qui huic nostrae intentioni contra fecerint, tan-
quam violatores merito habendi et cespendi erunt.

In quorum omnium et singulorum praemissorum
fidem et robur nos haece manu propria subscri-
ptas, sigillique nostri ducalis maiore appensione

communitas litteras, nostrae Cancellariae acty inter-
seri, ac Patribus Carthusianis exemplar praebere
iussimus.


Dabantur Pragae in aedibus nostris anno a nato
Christo supraresqui millesimum centesimo vicesi-
mo quarto.

Albertus Dux Fridlandiae.

Stephanus Hgenius Cancellarius.

Ad mandatum suae Celsitudinis proprium.

Georgius Graff ab Grefeldt Secretarius.



ch. 1625 obiit D. Petrus (Fischer) prof^s d^s Moguntiae, alio Rector morae d^s in Austria.
(+ 16 kal. Augusti) -

Necrologium ex chartis Capituli Generalis.

- ch. 1624 obit D. Michael Polomas (Polomas, m.v.; Polonus, J.C.) prof: d: in Maurlach, vicarius
novae plantationis in Qitreschin (Fenare, Willem et J.C.) [Qitreschin, m.v.].
- " 1633 " D. Jacobus Bilag (Bilag, m.v. et J.C.; Billay, c.f.) prof: d: Erfordiae hospes (et vicarius, carta
d'Itzingen) in domo Castri B^{tae} V^{is} H^{ae} in Qitreschin (in d: Waldstensis, m.v.)-
- " 1634 " Ser^{mus} Princeps D.D. Albertus Eusebius de Walstein (Chawet et J.C.; de Wallenstein,
c.It.; de Waltein, m.v.) amplissimus fundator et dotator novae d: Castri B^{tae} Mariae
in Walditz (Waldist, c.It.; m.v. et c.f.) et magnus benefactor d: Cartusiae, habens
plen. cum p^{alt.} monach. et missam de B^{tae} Mariae per tot. Ord. et annis. perpet. scri-
bendum in Cal. dd. sub die obitus sui qui fuit...
- " 1637 " D. Philippus (Buseck, c.It.s) prof: d: Herliphonensis, Prior novae d: Castri B^{tae} Mariae
in Walditz, habens missam de B^{tae} Mariae per tot. ord. [D. Philippe de Bussek].
- " " " D. Philippus prof: d: Erfordiae, hospes in d: Walditz.
- " " " Ser^{mus} Princeps et J.D. Ferdinandus Romanorum Rex et Imperator fundator
amplissimus Cartusiae B^{tae} Mariae in Walditz (Walditz, c.It.) habens plenum cum
p^{alt.} monach. et missam de B^{tae} Mariae per tot. Ord. et annis. perpet. scribendum in Cal.
dd. sub die obitus sui qui fuit 15 februarii.
- " 1638 " D. Bruno prof: d: Brunae, Prior d: in Walditz. [D. Bruno Lignanns].
- " 1639 " D. Anselmus prof: d: Buxiae, hospes in d: in Walditz.
- " 1640 " D. Anselmus prof: d: Brunae, hospes in d: Qideschin (in Qeydshin, m.v.).
- " 1647 " D. Joannes Guillelmus Dotemborch (Dotembourg, m.v.; Dorsembourg. J.C.) prof: Cart.
Prior d: Waldicensis, habens missam de B^{tae} Mariae per tot. ord. (conversionis 28. J.C.).
- " " " D. Fridericus prof: d: Olomucensis, vicarius in domo Waldicensi. [D. Guillaume d'Or-
tenburg.]
- " " " D. Martimus prof: d: Olomucensis, hospes in domo Waldicensi.
- " 1651 " D. Balthasar Annover (Anthiesovor, m.v.; Anthlitz, J.C.; Anthlitz ch. tris.)
prof: d: in Feernitz, vicarius d: in Walditz, cujus obitus anno praetito non fuit de-
nuntiatus.
- " 1653 " Perillustis ac generosissimus D. Baro Rudolphus a Teuffenbac (à Teuffenbach,
J.C.; a Touffenbach, m.v.) magnus fautor d: in Walditz, habens annis. perpet. scrib-
in Cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 5 Martii (J.C.; ch. tris.; 6^a Martii dit m.v.).

- Ch. 1660 dicit Fr. Joannes conv. prof^s d^s Waldicensis.
- " 1661 " D. Hugo Cheselius (Cleselius, c.f.; J.c.; Ch. Tris.) prof^s d^s in Walditz.
- " 1664 " D. Franciscus Herbst (et J.c.; Ch. Tris.; Derbert, c.f.) prof^s d^s in Astheim, Prior d^s Waldicensis et alius d^s Erfordiae (a été aussi Prieur de Gurnau).
- " " " Fr. Petrus donatus d^s Dantisci, hospes in d^s Waldicensi.
- " 1667 " D. Anthelmus Humpes (et J.c.; Ch. Tris.; Umpe, m.v.) prof^s d^s Gemnicensis, vicarius d^s Waldicensis.
- " 1668 " D. Laurentius Wartemberger (et J.c.; Ch. Tris.; Verteberagen, c.f.) prof^s d^s in Gemnico, alius Prior domum Waldicensis, Erfordiae, Ratisbonae et in Smals.
- " 1669 " Ill^{mus} D. Joannes Lambert, comes de Lambog (Lampog, Ch. Tris.) Sacrae Caesaris regi aequae majestatis cameracensis et incliti appellationum tribunalis in regno Bohemiae consiliarius, habens annu. perpet. scribendum in calend^o d^s Waldicensis sub die obitus sui qui fuit 25^o februarii.
- " 1671 " D. Matthaeus Hofstetter (et Ch. Tris.; Hofstetter, J.c.) prof^s d^s in Gemnico, hosp. in d^s Waldicensi.
- " " " D. Marianus Erb (Qorb, Ch. Tris.) prof^s d^s in Walditz.
- " 1672 " D. Ignatius Dosvat (Dosvald, m.v.; J.c.; Rosvald, Ch. Tris.) prof^s Cartusiae, hospes in d^s Waldicensi. [de Suisse, convers. 33., J.c.]
- " 1673 " D. Alexius Mixier (Mikisiez, m.v.; J.c.; Mikliez, Ch. Tris.) prof^s d^s in Gemnico, Prior d^s in Walditz et convicator provinciae Aemaniae superioris, habens missam de B^{te} M^e per tot. ord.
- " 1674 " D. Hugo Romboust, prof^s d^s Maurbacensis, hospes in domo Waldicensi.
- " 1679 " D. Bruno Spata, prof^s d^s Waldicensis.
- " 1683 " D. Nicolaus Remeld prof^s et antiquior d^s Waldicensis.
- " 1685 " D. Paulus Zitri (~~Zitri~~ Zitri, Ch. Tris.) prof^s d^s in Walditz.
- " 1688 " D. Hugo Hartinger (Hartinger, m.v.; Ch. Tris.) prof^s et Prior d^s in Walditz.
- " 1691 " D. Gregorius Grundel (Georgius, m.v.; Ch. Tris.) prof^s et vicarius d^s in Walditz.
- " 1692 " D. Georgius Grundt (Grundt, m.v.) prof^s et vicarius d^s Waldicensis.
- " 1693 " D. Leopoldus Brenner, prof^s et Prior d^s in Maurbach, convicator provinciae Aemaniae superioris, alius Prior d^s Waldicensis, habens missam de B^{te} M^e per tot. ord.
- " " " Fr. Sebastianus Schmielt (Schmielt, Ch. Tris.) conv. prof^s d^s Waldicensis.
- " 1700 " D. Franciscus Gabrieli, prof^s d^s Waldicensis (Prior d^s Qidlensis, Ch. Tris.)

- ch. 1700 obit D. Bernardus Geffardi, prof: d: Gemnicensis, coadj: d: Olomuensis, alias Prior ejusdem et d: Waldicensis et visitator provincie Alemannie superioris, habens missam de B^{te} M^a per tot. ord.
- " 1702 " D. Adalbertus German, prof: d: Waldicensis, Prior d: Quidlae.
- " 1705 " D. Joannes Suchi, prof: d: in Walditz.
- " " " D. Wolfgangus a auzpitajtt (Sautajff, ch. Tris.) prof: ejusdem d: (Wolfgangus Sauszaff prof: d: Rotisbonae. floes. flousin).
- " 1707 " D. Bernardus Jentske prof: et Prior d: Waldicensis, habens miss. de B^a M^a per tot. Ord.
- " 1708 " D. Antheimus Werner prof: d: Waldicensis, procurator d: Dantrici.
- " 1711 " D. Andreas Juntz, prof: et antiquior d: in Walditz.
- " 1712 " D. Dionysius Müller, prof: et Prior d: in Walditz.
- " " " D. Joachin Morgay, prof: et procurator d: in Walditz.
- " 1713 " D. Leopoldus Arldti (ch. Tris.; Arldti, c. f.; Arballi, c. Valainte) prof: et procurator d: in Walditz.
- " " " D. Maximilianus Felix, prof: d: Waldicensis.
- " 1715 " D. Augustinus Steider (ch. Tris.; Esteirde, c. Miraff.) prof: d: Waldicensis.
- " 1717 " D. Michael Berghman }
" " " D. Wancelaus Ronson } prof: d: Waldicensis.
- " 1718 " D. Christophorus Haekel (ch. Tris.; Haekel, c. Miraff.) subdiaconus, prof: d: Waldicensis, cujus obitus a pluribus annis non fuit denunciatus.
- " 1721 " D. Bruno Pruner, prof: et procurator d: Waldicensis.
- " 1722 " D. Joseph Ewanck (ch. Tris.; Resmanek, schv.; Cismanek, c. Miraff. s) prof: et antiquior d: in Walditz qui ultra 55 annos laudabiliter vixit in ordine.
- " 1725 " D. Ferdinandus Pommer, prof: et antiquior d: Waldicensis.
- " " " D. Antheimus Hartman (Artman, c. f. s) prof: d: in Walditz.
- " 1726 " D. Hugo Mellagen, prof: d: Dulmanice, hospes in d: Waldicensis.
- " 1728 " D. Vitus Korais, prof: et Prior d: Waldicensis.
- " " " D. Marianus Gerdit (Gert, c. Miraff. s) prof: d: Waldicensis.
- " 1732 " D. Clemens Kulkka prof: et sacrista d: Waldicensis.
- " " " D. Petrus Dutta, prof: d: Waldicensis.
- " 1733 " D. Sigismundus Mardery (Mardern, ch. Tris., c. Miraff.; Mardain, c. f) prof: d: Waldicensis.

- 1735 obit D. Joannes Vozeizha (Vozeizha, c. Mirfl.; VoSisha, ch. Tris.; Vozeizha, c. Prind) prof^s et magister novitiorum d^s in Walditz, cujus obitus anno praeterito non fuit denunciatus.
- " " " D. Franciscus Jugel, prof^s d^s in Walditz, cujus obitus an^o praeterito non fuit denunciatus.
- " " " D. Carolus Piserzhi (Pizzerzhi, c. Prind; Pisebrzechi, c. Mirfl.; Pitzowzi, ch. Tris.) prof^s d^s in Walditz.
- " 1736 " D. Alexius prof^s et vicarius d^s Waldicensis.
- " " " D. Hugo Schmidt, prof^s d^s Waldicensis.
- " 1737 " D. Alexius Hondelik (hondelik, c. Mirfl.; Condelik, ch. Tris.) prof^s et vicarius domus Waldicensis.
- " " " D. Norbertus Sokol (Sokol, ch. Tris.; Schol, c. f.) prof^s et procurator d^s Waldicensis cujus obitus anno praeterito non fuit denunciatus.
- " 1741 " Fr. Martinus Valsek (WalsceK, c. Prind; Valsech, ch. Tris.; Ubarsegek, c. Mirfl.) com. prof^s d^s Waldicensis.
- " 1742 " D. Anthelmus Ardech (Ardechi, c. Mirfl.; Hardek, c. Prind; ch. Tris.) prof^s d^s Waldicensis.
- " 1743 " D. Philippus Pohl, prof^s d^s Waldicensis.
- " 1747 " Fr. Bodwinus Sturin (Sturm?; Sturm, ch. Tris.) com. prof^s d^s Waldicensis.
- " 1749 " D. Venceslaus Schweisenger, prof^s et Prior d^s Waldicensis.
- " " " D. Paulus Siesman (Siegman, ch. Tris.) prof^s d^s Waldicensis.
- " 1751 " D. Benedictus Ruprecht (ch. Tris.; Rupreth, c. f. s.) prof^s et antiq^{us} d^s Waldicensis.
- " 1753 " Fr. Hieronymus Neuman, com. prof^s d^s Waldicensis.
- " " " Fr. Georgius Spreng (ch. Tris.; Spreng, c. f. s.) donatus d^s Waldicensis.
- " 1755 " D. Procopius Tichi (ch. Tris.; Tychi, c. Mirfl. s.) prof^s et sacrista d^s Waldicensis.
- " " " D. Adalbertus Panoccius (ch. Tris.; Pantius, c. Mirfl. s.) prof^s d^s Waldicensis.
- " 1756 " D. Joseph Kabert, prof^s et Prior d^s Waldicensis.
- " 1757 " Fr. Joannes Mann, com. prof^s d^s Waldicensis. (donatus, c. Prind. senle).
- " " " Fr. Matthias Taal (Saal, ch. Tris.; c. Prind. s.) donatus d^s Waldicensis.
- " 1758 " D. Antonius Tippoldt, prof^s et antiq^{us} d^s Waldicensis.
- " " " D. Placidus Spiroch, prof^s d^s Waldicensis.
- " 1763 " D. Joannes Nepomicensis Eggerer, prof^s et Prior d^s Waldicensis, comissarius provincialis Orlomaniae superioris, habens missam de B^{te} Maria per tot. ord.
- " " " D. Norbertus Falder (Filaderer, ch. Tris.) prof^s et Prior d^s Waldicensis (c. Prind. ne d'a pas).

- ch 1764 dicit D. Laurentius Mahle, prof^s et sacrista d^s Waldicensis.
 " 1765 " D. Innocentius Schwenda, prof^s et Prior d^s Waldicensis.
 " 1766 " Fr. Nicolaus Albergatus Roswoda, com. prof^s d^s Waldicensis.
 " 1767 " D. Bruno Ungerman, prof^s d^s Waldicensis, cuius obitus a duobus annis non fuit denuntiatus.
 " 1768 " D. Bernardus Lange, prof^s et antiq^s d^s Waldicensis.
 " 1774 " D. Sigismundus Liczek, prof^s d^s Waldicensis.
 " 1775 " D. Antonius Pohl, prof^s d^s Waldicensis.
 " 1779 " D. Joannes Benesch (ch. Tris.; Julianus, c. f.) prof^s et antiquior d^s Waldicensis.
 " 1781 " D. Adalbertus Trapporstein (ch. Tris.; Trepporstein, c. f.) prof^s et vicarius d^s Waldicensis.
 "

16 Janvier 1975,

f. Luc Faucher